CORNELII TACITI

DE VITA ET MORIBUS

CN. IULII AGRICOLAE

LIBER.

ERKLÄRT

VON

Dr. KARL TÜCKING,
GYMNASIAL-DIREKTOR.

DRITTE, VERBESSERTE AUFLAGE.

PADERBORN.
DRUCK UND VERLAG VON FERDINAND SCHÖNINGH.
1890.
MÜNSTER I. W., PRINZIPALMARKT 1. – OSNABRÜCK.

Vorwort.

Für diese neue Auflage sind Text und Anmerkungen abermals einer genauen Durchsicht unterzogen und nach Bedürfnis umgestaltet worden. Bei der Feststellung des Textes habe ich an der überlieferten Lesart nichts geändert, wenn diese sich irgendwie angemessen erklären liefs: so habe ich 5, 12 *intersaepti*, 8, 3 *obsequi*, 24, 1 *prima*, 31, 19 *paenitentiam*, 36, 17 *equestris* festgehalten und auch 28, 6 *remigante* stehen lassen, weil mit der allerdings nahe liegenden Änderung *remigrante* nicht viel gewonnen ist und selbst radikalere Mittel keine unbedingt sichere Heilung bieten. Nur wo die Überlieferung durchaus unhaltbar erschien, habe ich diejenige Änderung aufgenommen, welche als wirkliche Emendation mehr oder weniger allgemein anerkannt wird: 22, 15 *et* erat *ut* (Henrichsen), 24, 10 differ*unt* (Rhenanus), 32, 8 *sunt* (Beroaldus), 33, 6 *septimus* (Acidalius), 33, 7 auspiciis imperii Romani, virtute et fide vestra atque opera nostra (Urlichs), 36, 10 fodere (Gesner), 45, 6 Mauricum Rusticumque divisimus (A in margine), 46, 3 *et* domum (Urlichs), 46, 6 immortalibus (Acidalius), 46, 7 similitudine (Grotius), 46, 19 obruit (Haupt). Ferner erschien mir das 15, 17 mit Hofmann-Peerlkamp eingeschobene *illis* sowie 16, 11 *cu*iusque (Wex) und 41, 13 *ali*orum (Bipontini) als die einfachste und zugleich als eine ganz sinngemäfse Ergänzung oder Änderung. Die immerhin zweifelhaften Konjekturen 19, 15 *auctiore* (Urlichs) und 43, 12 *habitu* (Ernesti) gestatten eine

leichte und gefällige Erklärung; und die von mir 28, 8 vorgenommene Änderung *cum . . raptarent* dürfte nicht gewaltsamer und ebenso passend erscheinen, als was andere vorgeschlagen haben.

Nicht geringere Sorgfalt, als auf die Auswahl der Lesarten, ist auf die für eine richtige Auffassung des Sinnes in gleichem Grade erforderliche Interpunktion verwendet. Außerdem mag noch darauf hingewiesen werden, daß bei den einzelnen Kapiteln statt der früher üblichen Paragraphen die Zeilen angemerkt sind und daß die dem Text bisher eingefügten Inhaltsangaben in dem Kommentar ihren Platz gefunden haben.

Auch die Anmerkungen sind gründlich durchgearbeitet und besonders bei der Schullektüre auf ihren Wert geprüft worden. Es wird nur wenige geben, in denen nicht bald einzelne Wörter und Wendungen geändert, bald auch größere Umgestaltungen eingetreten oder notwendig erscheinende Zusätze gemacht sind. Möge das Büchlein sich dadurch als in erhöhtem Maße brauchbar erweisen.

Tücking.

Einleitung.

Der Inhalt des Buches zerfällt in eine Einleitung (c. 1—3), die Lebensbeschreibung des Agrikola (4—45) und einen Nachruf (45 f.). Die Lebensbeschreibung umfafst drei Teile: die Zeit vor der Verwaltung Britanniens (4—9), die Statthalterschaft und die Unterwerfung jenes Landes (10—39), die letzten Jahre nach der Heimkehr (40—45). Von diesen Teilen ragt der mittlere oder die Verwaltung Britanniens schon durch seinen Umfang hervor. Überdies unterscheidet er sich von den beiden anderen Teilen auch noch dadurch, dafs er, während jene rein biographischer Natur sind, einen mehr allgemein historischen Charakter hat. Die besondere Einleitung, welche eine Beschreibung des Landes und seiner Bewohner (10—12) sowie eine Übersicht der früheren Unterwerfungsversuche (13—17) enthält, die langen Reden (30—34), die ausführliche und dabei nichts Absonderliches bietende Schilderung der Schlacht (35—37) und sonstige Digressionen, wie namentlich das Entweichen der Usipier (28), scheinen sich in den übrigens so engen Rahmen der Biographie nicht recht einfügen zu wollen. Man hat daher angenommen, dafs jener Teil ursprünglich für das gröfsere Werk der Historien bestimmt war, dann aber von Tacitus, da er vor dessen Vollendung mittlerweile diese Biographie (*hic interim liber* 3, 4) erscheinen liefs, ihr einverleibt worden sei. Mag die Bearbeitung vorher ausgeführt oder durch Sammlung von Nachrichten nur vorbereitet sein, jedenfalls ist dieser Teil zum Zweck der Einfügung in unser Buch einer neuen Redaktion unterzogen, da sich nur so erklären läfst, dafs der Darstellung der Ereignisse nicht die gewöhnliche Zeitrechnung nach Konsuln, sondern nach Amtsjahren des Agrikola zum Grunde gelegt und dafs eine rein biographische Notiz über den Verlust des Sohnes (29, 1) eingeflochten wurde.

Veranlaſst wurde die Schrift durch die innige Teilnahme für den Schwiegervater und durch die wohlbegründete Bewunderung seiner Thaten. Zugleich verfolgte sie den Zweck, Agrikola als Muster für die Zeitgenossen hinzustellen. Hatte doch dieser, ebenso frei von entehrender Kriecherei wie von todverachtender Freiheitsschwärmerei, durch Mäſsigung und Bescheidenheit, welche er sich durch das Studium der Philosophie aneignete (4, 5 f.) und welche er sowohl im öffentlichen Wirken (5, 2. 6, 4. 7, 4. 8, 1 und 3. 9, 4 f. 18, 8. 22, 4. 39, 1. 40, 3 f. 41, 4) als im Privatleben (6, 2. 29, 1) bewährte, selbst unter einem von Neid und Haſs gegen alles Hervorragende erfüllten Despoten groſse Verdienste um das Vaterland sich zu erwerben verstanden (vgl. besonders 42, 5).

Die Hauptquelle, aus welcher Tacitus schöpfte, waren die Mitteilungen des Schwiegervaters (4, 5 *memoria teneo;* 24, 5 *saepe ex eo audivi*). Herausgegeben wurde dies Erstlingswerk des Historikers im Anfange der Regierung Traians (3, 1) etwas über vier Jahre nach dem Tode Agrikolas (45, 6), also 852 a. u. 98 n. Chr.

DE VITA ET MORIBUS

CN. IULII AGRICOLAE.

1. Clarorum virorum facta moresque posteris tradere, antiquitus usitatum, ne nostris quidem temporibus quamquam incuriosa suorum aetas omisit, quotiens magna aliqua ac nobilis virtus vicit ac supergressa est vitium parvis magnisque civitatibus commune, ignorantiam recti et invidiam. Sed apud priores ut agere digna memoratu pronum magisque in aperto erat, ita celeberrimus quisque ingenio ad prodendam virtutis memoriam sine gratia aut ambitione bonae tantum conscientiae pretio ducebatur. Ac plerique suam ipsi vitam narrare fiduciam potius morum quam adrogantiam arbitrati sunt; nec id Rutilio et Scauro citra fidem aut obtrectationi fuit: adeo virtutes iisdem temporibus optime aestimantur, quibus facillime gignuntur. At nunc narraturo mihi vitam defuncti hominis venia opus fuit, quam non petissem incusaturus: tam saeva et infesta virtutibus tempora.

2. Legimus, cum Aruleno Rustico Paetus Thrasea, Herennio Senecioni Priscus Helvidius laudati essent, capitale fuisse, neque in ipsos modo auctores, sed in libros quoque eorum saevitum, delegato triumviris ministerio, ut monumenta clarissimorum ingeniorum in comitio ac foro urerentur. Scilicet illo igne vocem populi Romani et libertatem senatus et conscientiam generis humani aboleri arbitrabantur, expulsis insuper sapientiae professoribus atque omni bona arte in exilium acta, ne quid usquam honestum occurreret. Dedimus profecto grande patientiae documentum; et sicut vetus aetas vidit quid ultimum in libertate esset, ita nos quid in servitute, adempto per inquisitiones

etiam loquendi audiendique commercio. Memoriam quoque ipsam cum voce perdidissemus, si tam in nostra potestate esset oblivisci quam tacere.

3. Nunc demum redit animus; sed quamquam primo statim beatissimi saeculi ortu Nerva Caesar res olim dissociabiles miscuerit, principatum ac libertatem, augeatque cotidie felicitatem temporum Nerva Traianus, nec spem modo ac votum securitas publica, sed ipsius voti fiduciam ac robur adsumpserit, natura tamen infirmitatis humanae tardiora sunt remedia quam mala; et ut corpora nostra lente augescunt, cito exstinguuntur, sic ingenia studiaque oppresseris facilius quam revocaveris: subit quippe etiam ipsius inertiae dulcedo, et invisa primo desidia postremo amatur. Quid? si per quindecim annos, grande mortalis aevi spatium, multi fortuitis casibus, promptissimus quisque saevitia principis interciderunt, pauci et, ut ita dixerim, non modo aliorum sed etiam nostri superstites sumus, exemptis e media vita tot annis, quibus iuvenes ad senectutem, senes prope ad ipsos exactae aetatis terminos per silentium venimus. Non tamen pigebit vel incondita ac rudi voce memoriam prioris servitutis ac testimonium praesentium bonorum composuisse. Hic interim liber honori Agricolae soceri mei destinatus professione pietatis aut laudatus erit aut excusatus.

4. Cn. Iulius Agricola, vetere et inlustri Foroiuliensium colonia ortus, utrumque avum procuratorem Caesarum habuit, quae equestris nobilitas est. Pater illi Iulius Graecinus senatorii ordinis, studio eloquentiae sapientiaeque notus, iisque ipsis virtutibus iram Gai Caesaris meritus: namque M. Silanum accusare iussus et, quia abnuerat, interfectus est. Mater Iulia Procilla fuit, rarae castitatis: in huius sinu indulgentiaque educatus per omnem honestarum artium cultum pueritiam adulescentiamque transegit. Arcebat eum ab illecebris peccantium praeter ipsius bonam integramque naturam, quod statim parvulus sedem ac magistram studiorum Massiliam habuit, locum Graeca comitate et provinciali parsimonia mixtum ac bene compositum. Memoria teneo solitum ipsum narrare se prima in iuventa studium philosophiae acrius, ultra quam concessum Romano ac senatori, hausisse, ni prudentia matris incensum

ac flagrantem animum coërcuisset. Scilicet sublime et erectum ingenium pulchritudinem ac speciem magnae excelsaeque gloriae vehementius quam caute adpetebat. Mox mitigavit ratio et aetas, retinuitque, quod est difficillimum, ex sapientia modum.

5. Prima castrorum rudimenta in Britannia Suetonio Paulino, diligenti ac moderato duci, adprobavit, electus quem contubernio aestimaret. Nec Agricola licenter, more iuvenum, qui militiam in lasciviam vertunt, neque segniter ad voluptates et commeatus titulum tribunatus et inscitiam rettulit: sed noscere provinciam, nosci exercitui, discere a peritis, sequi optimos, nihil adpetere in iactationem, nihil ob formidinem recusare simulque et anxius et intentus agere. Non sane alias exercitatior magisque in ambiguo Britannia fuit: trucidati veterani, incensae coloniae, intersaepti exercitus; tum de salute, mox de victoria certavere. Quae cuncta etsi consiliis ductuque alterius agebantur, ac summa rerum et recuperatae provinciae gloria in ducem cessit, artem et usum et stimulos addidere iuveni, intravitque animum militaris gloriae cupido, ingrata temporibus, quibus sinistra erga eminentes interpretatio nec minus periculum ex magna fama quam ex mala.

6. Hinc ad capessendos magistratus in urbem digressus, Domitiam Decidianam, splendidis natalibus ortam, sibi iunxit; idque matrimonium ad maiora nitenti decus ac robur fuit. Vixeruntque mira concordia, per mutuam caritatem et invicem se anteponendo, nisi quod in bona uxore tanto maior laus, quanto in mala plus culpae est. Sors quaesturae provinciam Asiam, proconsulem Salvium Titianum dedit, quorum neutro corruptus est, quamquam et provincia dives ac parata peccantibus, et proconsul in omnem aviditatem pronus quantalibet facilitate redempturus esset mutuam dissimulationem mali. Auctus est ibi filia, in subsidium simul et solacium; nam filium ante sublatum brevi amisit. Mox inter quaesturam ac tribunatum plebis atque ipsum etiam tribunatus annum quiete et otio transiit, gnarus sub Nerone temporum, quibus inertia pro sapientia fuit. Idem praeturae tenor et silentium; nec enim iurisdictio obvenerat. Ludos et inania honoris medio rationis atque abundantiae duxit, uti longe a luxuria, ita famae propior. Tum electus a Galba ad dona templorum recogno-

scenda diligentissima conquisitione fecit, ne cuius alterius sacrilegium respublica quam Neronis sensisset.

7. Sequens annus gravi vulnere animum domumque eius adflixit. Nam classis Othoniana licenter vaga dum Intimilios (Liguriae pars est) hostiliter populatur, matrem Agricolae in praediis suis interfecit, praediaque ipsa et magnam patrimonii partem diripuit, quae causa caedis fuerat. Igitur ad sollemnia pietatis profectus Agricola, nuntio adfectati a Vespasiano imperii deprehensus ac statim in partes transgressus est. Initia principatus ac statum urbis Mucianus regebat, iuvene admodum Domitiano et ex paterna fortuna tantum licentiam usurpante. Is missum ad dilectus agendos Agricolam integreque ac strenue versatum vicesimae legioni, tarde ad sacramentum transgressae, praeposuit, ubi decessor seditiose agere narrabatur: quippe legatis quoque consularibus nimia ac formidolosa erat, nec legatus praetorius ad cohibendum potens, incertum suo an militum ingenio. Ita successor simul et ultor electus rarissima moderatione maluit videri invenisse bonos quam fecisse.

8. Praeerat tunc Britanniae Vettius Bolanus, placidius quam feroci provincia dignum est. Temperavit Agricola vim suam ardoremque compescuit, ne incresceret, peritus obsequi eruditusque utilia honestis miscere. Brevi deinde Britannia consularem Petilium Cerialem accepit. Habuerunt virtutes spatium exemplorum. Sed primo Cerialis labores modo et discrimina, mox et gloriam communicabat: saepe parti exercitus in experimentum, aliquando maioribus copiis ex eventu praefecit. Nec Agricola umquam in suam famam gestis exsultavit: ad auctorem ac ducem ut minister fortunam referebat. Ita virtute in obsequendo, verecundia in praedicando extra invidiam nec extra gloriam erat.

9. Revertentem ab legatione legionis divus Vespasianus inter patricios adscivit; ac deinde provinciae Aquitaniae praeposuit, splendidae inprimis dignitatis administratione ac spe consulatus, cui destinarat. Credunt plerique militaribus ingeniis subtilitatem deesse, quia castrensis iurisdictio secura et obtusior ac plura manu agens calliditatem fori non exerceat. Agricola naturali prudentia, quamvis inter togatos, facile iusteque agebat. Iam vero tempora curarum remissionumque divisa:

ubi conventus ac iudicia poscerent, gravis intentus severus et saepius misericors; ubi officio satisfactum, nulla ultra potestatis persona: tristitiam et adrogantiam et avaritiam exuerat; nec illi, quod est rarissimum, aut facilitas auctoritatem aut severitas amorem deminuit. Integritatem atque abstinentiam in tanto viro referre iniuria virtutum fuerit. Ne famam quidem, cui saepe etiam boni indulgent, ostentanda virtute aut per artem quaesivit: procul ab aemulatione adversus collegas procul a contentione adversus procuratores et vincere inglorium et atteri sordidum arbitrabatur.

Minus triennium in ea legatione detentus ac statim ad spem consulatus revocatus est, comitante opinione Britanniam ei provinciam dari, nullis in hoc suis sermonibus, sed quia par videbatur. Haud semper errat fama; aliquando et elegit. Consul *egregiae* tum spei filiam iuveni mihi despondit ac post consulatum collocavit; et statim Britanniae praepositus est, adiecto pontificatus sacerdotio.

10. Britanniae situm populosque multis scriptoribus memoratos non in comparationem curae ingeniive referam, sed quia tum primum perdomita est: ita quae priores, nondum comperta, eloquentia percoluere, rerum fide tradentur. Britannia, insularum quas Romana notitia complectitur maxima, spatio ac caelo in orientem Germaniae, in occidentem Hispaniae obtenditur, Gallis in meridiem etiam inspicitur; septentrionalia eius, nullis contra terris, vasto atque aperto mari pulsantur. Formam totius Britanniae Livius veterum, Fabius Rusticus recentium eloquentissimi auctores oblongae scutulae vel bipenni adsimulavere. Et est ea facies citra Caledoniam, unde et in universum fama est: sed transgressis immensum et enorme spatium procurrentium extremo iam litore terrarum velut in cuneum tenuatur. Hanc oram novissimi maris tunc primum Romana classis circumvecta insulam esse Britanniam adfirmavit, ac simul incognitas ad id tempus insulas, quas Orcadas vocant, invenit domuitque. Dispecta est et Thule, quia hactenus iussum et hiems adpetebat. Sed mare pigrum et grave remigantibus perhibent ne ventis quidem proinde attolli, credo, quod rariores terrae montesque, causa ac materia tempestatum, et profunda moles continui maris tardius impel-

litur. Naturam Oceani atque aestus neque quaerere huius operis est, ac multi rettulere: unum addiderim, nusquam latius dominari mare, multum fluminum huc atque illuc ferre, nec litore tenus adcrescere aut resorberi, sed influere penitus atque ambire, et iugis etiam ac montibus inseri velut in suo.

11. Ceterum Britanniam qui mortales initio coluerint, indigenae an advecti, ut inter barbaros parum compertum. Habitus corporum varii atque ex eo argumenta. Namque rutilae Caledoniam habitantium comae, magni artus Germanicam originem adseverant; Silurum colorati vultus, torti plerumque crines et posita contra Hispania Iberos veteres traiecisse easque sedes occupasse fidem faciunt; proximi Gallis et similes sunt, seu durante originis vi seu procurrentibus in diversa terris positio caeli corporibus habitum dedit. In universum tamen aestimanti Gallos vicinam insulam occupasse credibile est. Eorum sacra deprehendas superstitionum persuasione; sermo haud multum diversus; in deposcendis periculis eadem audacia et, ubi advenere, in detrectandis eadem formido. Plus tamen ferociae Britanni praeferunt, ut quos nondum longa pax emollierit. Nam Gallos quoque in bellis floruisse accepimus; mox segnitia cum otio intravit, amissa virtute pariter ac libertate; quod Britannorum olim victis evenit; ceteri manent quales Galli fuerunt.

12. In pedite robur; quaedam nationes et curru proeliantur. Honestior auriga, clientes propugnant. Olim regibus parebant, nunc per principes factionibus et studiis trahuntur: nec aliud adversus validissimas gentes pro nobis utilius, quam quod in commune non consulunt. Rarus duabus tribusve civitatibus ad propulsandum commune periculum conventus: ita singuli pugnant, universi vincuntur.

Caelum crebris imbribus ac nebulis foedum; asperitas frigorum abest. Dierum spatia ultra nostri orbis mensuram; nox clara et extrema Britanniae parte brevis, ut finem atque initium lucis exiguo discrimine internoscas. Quod si nubes non officiant, aspici per noctem solis fulgorem, nec occidere et exsurgere, sed transire adfirmant. Scilicet extrema et plana terrarum humili umbra non erigunt tenebras, infraque caelum et sidera nox cadit. Solum praeter oleam vitemque et cetera calidioribus terris oriri sueta, patiens frugum, fecundum: tarde

mitescunt, cito proveniunt; eademque utriusque rei causa, multus umor terrarum caelique. Fert Britannia aurum et argentum et alia metalla, pretium victoriae. Gignit et Oceanus margarita, sed subfusca ac liventia. Quidam artem abesse legentibus arbitrantur; nam in rubro mari viva ac spirantia saxis avelli, in Britannia, prout expulsa sint, colligi: ego facilius crediderim, naturam margaritis deesse quam nobis avaritiam.

13. Ipsi Britanni dilectum ac tributa et iniuncta imperii munera impigre obeunt, si iniuriae absint: has aegre tolerant, iam domiti ut pareant, nondum ut serviant.

Igitur primus omnium Romanorum divus Iulius cum exercitu Britanniam ingressus, quamquam prospera pugna terruerit incolas ac litore potitus sit, potest videri ostendisse posteris, non tradidisse. Mox bella civilia et in rempublicam versa principum arma, ac longa oblivio Britanniae etiam in pace: consilium id divus Augustus vocabat, Tiberius praeceptum. Agitasse Gaium Caesarem de intranda Britannia satis constat, ni velox ingenio, mobilis paenitentia, et ingentes adversus Germaniam conatus frustra fuissent. Divus Claudius auctor iterati operis, transvectis legionibus auxiliisque et adsumpto in partem rerum Vespasiano, quod initium venturae mox fortunae fuit: domitae gentes capti reges, et monstratus fatis Vespasianus.

14. Consularium primus Aulus Plautius praepositus ac subinde Ostorius Scapula, uterque bello egregius; redactaque paulatim in formam provinciae proxima pars Britanniae, addita insuper veteranorum colonia. Quaedam civitates Cogidumno regi donatae (is ad nostram usque memoriam fidissimus mansit) vetere ac iam pridem recepta populi Romani consuetudine, ut haberet instrumenta servitutis et reges. Mox Didius Gallus parta a prioribus continuit, paucis admodum castellis in ulteriora promotis, per quae fama aucti officii quaereretur. Didium Veranius excepit, isque intra annum exstinctus est. Suetonius hinc Paulinus biennio prosperas res habuit, subactis nationibus firmatisque praesidiis; quorum fiducia Monam insulam ut vires rebellibus ministrantem adgressus terga occasioni patefecit.

15. Namque absentia legati remoto metu Britanni agitare inter se mala servitutis, conferre iniurias et interpretando accendere: nihil profici patientia nisi ut graviora tamquam ex

facili tolerantibus imperentur. Singulos sibi olim reges fuisse, nunc binos imponi, e quibus legatus in sanguinem, procurator in bona saeviret. Aeque discordiam praepositorum, aeque concordiam subiectis exitiosam; alterius manus centuriones, alterius servos vim et contumelias miscere. Nihil iam cupiditati, nihil libidini exceptum. In proelio fortiorem esse qui spoliet: nunc ab ignavis plerumque et imbellibus eripi domos, abstrahi liberos, iniungi dilectus, tamquam mori tantum pro patria nescientibus. Quantulum enim transisse militum, si sese Britanni numerent? Sic Germanias excussisse iugum: et flumine non Oceano defendi. Sibi patriam coniuges parentes, illis avaritiam et luxuriam causas belli esse: recessuros, ut divus Iulius recessisset, modo virtutem maiorum suorum aemularentur. Neve proelii unius aut alterius eventu pavescerent: plus *illis* impetus, maiorem constantiam penes miseros esse. Iam Britannorum etiam deos misereri, qui Romanum ducem absentem, qui relegatum in alia insula exercitum detinerent; iam ipsos, quod difficillimum fuerit, deliberare: porro in eiusmodi consiliis periculosius esse deprehendi quam audere.

16. His atque talibus invicem instincti, Boudicca generis regii femina duce (neque enim sexum in imperiis discernunt) sumpsere universi bellum; ac sparsos per castella milites consectati, expugnatis praesidiis ipsam coloniam invasere ut sedem servitutis, nec ullum in barbaris saevitiae genus omisit ira et victoria. Quod nisi Paulinus cognito provinciae motu propere subvenisset, amissa Britannia foret; quam unius proelii fortuna veteri patientiae restituit, tenentibus arma plerisque, quos conscientia defectionis et propius ex legato timor agitabat, ne, quamquam egregius cetera, adroganter in deditos et ut suae cuiusque iniuriae ultor durius consuleret. Missus igitur Petronius Turpilianus tamquam exorabilior et delictis hostium novus eoque paenitentiae mitior, compositis prioribus nihil ultra ausus Trebellio Maximo provinciam tradidit. Trebellius segnior et nullis castrorum experimentis, comitate quadam curandi provinciam tenuit. Didicere iam barbari quoque ignoscere vitiis blandientibus, et interventus civilium armorum praebuit iustam segnitiae excusationem: sed discordia laboratum, cum adsuetus expeditionibus miles otio lasciviret. Trebellius, fuga ac

latebris vitata exercitus ira indecorus atque humilis, precario mox praefuit, ac, velut pacti exercitus licentiam, dux salutem *essent,* seditio sine sanguine stetit. Nec Vettius Bolanus, manentibus adhuc civilibus bellis, agitavit Britanniam disciplina: eadem inertia erga hostes, similis petulantia castrorum, nisi quod innocens Bolanus et nullis delictis invisus caritatem paraverat loco auctoritatis.

17. Sed ubi cum cetero orbe Vespasianus et Britanniam recuperavit, magni duces, egregii exercitus, minuta hostium spes. Et terrorem statim intulit Petilius Cerialis, Brigantum civitatem, quae numerosissima provinciae totius perhibetur, adgressus. Multa proelia et aliquando non incruenta; magnamque Brigantum partem aut victoria amplexus est aut bello. Et Cerialis quidem alterius successoris curam famamque obruisset; sustinuit molem Iulius Frontinus, vir magnus, quantum licebat, validamque et pugnacem Silurum gentem armis subegit, super virtutem hostium locorum quoque difficultates eluctatus.

18. Hunc Britanniae statum, has bellorum vices media iam aestate transgressus Agricola invenit, cum et milites velut omissa expeditione ad securitatem et hostes ad occasionem verterentur. Ordovicum civitas haud multo ante adventum eius alam in finibus suis agentem prope universam obtriverat, eoque initio erecta provincia; et quibus bellum volentibus erat, probare exemplum ac recentis legati animum opperiri, cum Agricola, quamquam transvecta aestas, sparsi per provinciam numeri, praesumpta apud militem illius anni quies, tarda et contraria bellum incohaturo, et plerisque custodiri suspecta potius videbatur, ire obviam discrimini statuit; contractisque legionum vexillis et modica auxiliorum manu, quia in aequum degredi Ordovices non audebant, ipse ante agmen, quo ceteris par animus simili periculo esset, erexit aciem. Caesaque prope universa gente, non ignarus instandum famae ac, prout prima cessissent, terrorem ceteris fore, Monam insulam, *a* cuius possessione revocatum Paulinum rebellione totius Britanniae supra memoravi, redigere in potestatem animo intendit. Sed, ut in dubiis consiliis, naves deerant: ratio et constantia ducis transvexit. Depositis omnibus sarcinis lectissimos auxiliarium, quibus nota vada et p*at*rius nandi usus, quo simul seque et arma

et equos regunt, ita repente immisit, ut obstupefacti hostes, qui classem, qui navis, qui mare exspectabant, nihil arduum aut invictum crediderint sic ad bellum venientibus. Ita petita pace ac dedita insula clarus ac magnus haberi Agricola, quippe cui ingredienti provinciam, quod tempus alii per ostentationem et officiorum ambitum transigunt, labor et periculum placuisset. Nec Agricola prosperitate rerum in vanitatem usus expeditionem aut victoriam vocabat victos continuisse; ne laureatis quidem gesta prosecutus est: sed ipsa dissimulatione famae famam auxit, aestimantibus quanta futuri spe tam magna tacuisset.

19. Ceterum animorum provinciae prudens simulque doctus per aliena experimenta parum profici armis, si iniuriae sequerentur, causas bellorum statuit excidere. A se suisque orsus primum domum suam coercuit, quod plerisque haud minus arduum est quam provinciam regere. Nihil per libertos servosque publicae rei, non studiis privatis nec ex commendatione aut precibus centurionem militesve ascire, sed optimum quemque fidissimum putare; omnia scire, non omnia exsequi; parvis peccatis veniam, magnis severitatem commodare, nec poena semper, sed saepius paenitentia contentus esse; officiis et administrationibus potius non peccaturos praeponere, quam damnare cum peccassent. Frumenti et tributorum exactionem aequalitate munerum mollire, circumcisis quae in quaestum reperta ipso tributo gravius tolerabantur. Namque per ludibrium adsidere clausis horreis et emere ultro frumenta *auctio*re pretio cogebantur. Devortia itinerum et longinquitas regionum indicebatur, ut civitates proximis hibernis in remota et avia deferrent, donec quod omnibus in promptu erat paucis lucrosum fieret.

20. Haec primo statim anno comprimendo egregiam famam paci circumdedit, quae vel incuria vel intolerantia priorum haud minus quam bellum timebatur. Sed ubi aestas advenit, contracto exercitu multus in agmine, laudare modestiam, disiectos coercere, loca castris ipse capere, aestuaria ac silvas ipse praetemptare; et nihil interim apud hostes quietum pati, quo minus subitis excursibus popularetur; atque ubi satis terruerat, parcendo rursus invitamenta pacis ostentare. Quibus rebus multae civitates, quae in illum diem ex aequo egerant, datis obsidibus iram posuere, et praesidiis castellisque circumdatae *sunt*, tanta

ratione curaque, ut nulla ante Britanniae nova pars *pariter* illacessita transierit.

21. Sequens hiems saluberrimis consiliis absumpta. Namque ut homines dispersi ac rudes eoque in bella faciles quieti et otio per voluptates adsuescerent, hortari privatim, adiuvare publice, ut templa fora domos exstruerent, laudando promptos et castigando segnes: ita honoris aemulatio pro necessitate erat. Iam vero principum filios liberalibus artibus erudire, et ingenia Britannorum studiis Gallorum anteferre, ut qui modo linguam Romanam abnuebant eloquentiam concupiscerent. Inde etiam habitus nostri honor et frequens toga; paulatimque discessum ad delenimenta vitiorum, porticus et balinea et conviviorum elegantiam: idque apud imperitos humanitas vocabatur, cum pars servitutis esset.

22. Tertius expeditionum annus novas gentes aperuit, vastatis usque ad Tanaum (aestuario nomen est) nationibus. Qua formidine territi hostes quamquam conflictatum saevis tempestatibus exercitum lacessere non ausi; ponendisque insuper castellis spatium fuit. Adnotabant periti non alium ducem opportunitates locorum sapientius legisse; nullum ab Agricola positum castellum aut vi hostium expugnatum aut pactione ac fuga desertum; nam adversus moras obsidionis annuis copiis firmabantur. Ita intrepida ibi hiems; crebrae eruptiones et sibi quisque praesidio, inritis hostibus eoque desperantibus, quia soliti plerumque damna aestatis hibernis eventibus pensare tum aestate atque hieme iuxta pellebantur. Nec Agricola umquam per alios gesta avidus intercepit: seu centurio seu praefectus incorruptum facti testem habebat. Apud quosdam acerbior in conviciis narrabatur: et erat *ut* comis bonis, ita adversus malos iniucundus. Ceterum ex iracundia nihil supererat secretum, ut silentium eius non timeres: honestius putabat offendere quam odisse.

23. Quarta aestas obtinendis quae percucurrerat insumpta; ac si virtus exercituum et Romani nominis gloria pateretur, inventus in ipsa Britannia terminus. Namque Clota et Bodotria diversi maris aestibus per immensum revectae angusto terrarum spatio dirimuntur; quod tum praesidiis firmabatur, atque

omnis propior sinus tenebatur, summotis velut in aliam insulam hostibus.

24. Quinto expeditionum anno nave prima transgressus, ignotas ad id tempus gentes crebris simul ac prosperis proeliis domuit, eamque partem Britanniae quae Hiberniam aspicit copiis instruxit in spem magis quam ob formidinem, siquidem Hibernia medio inter Britanniam atque Hispaniam sita et Gallico quoque mari opportuna valentissimam imperii partem magnis invicem usibus miscuerit. Spatium eius, si Britanniae comparetur, angustius, nostri maris insulas superat. Solum caelumque et ingenia cultusque hominum haud multum a Britannia differ*unt* in melius. Aditus portusque per commercia et negotiatores cogniti. Agricola expulsum seditione domestica unum ex regulis gentis exceperat ac specie amicitiae in occasionem retinebat. Saepe ex eo audivi, legione una et modicis auxiliis debellari obtinerique Hiberniam posse; idque etiam adversus Britanniam profuturum, si Romana ubique arma, et velut e conspectu libertas tolleretur.

25. Ceterum aestate, qua sextum officii annum incohabat, amplexus civitates trans Bodotriam sitas, quia motus universarum ultra gentium et infesta hosti*bus* exercitus itinera timebantur, portus classe exploravit; quae ab Agricola primum adsumpta in partem virium sequebatur egregia specie, cum simul terra simul mari bellum impell*ere*tur, ac saepe isdem castris pedes equesque et nauticus miles mixti copiis et laetitia sua quisque facta, suos casus attollerent, ac modo silvarum ac montium profunda, modo tempestatum ac fluctuum adversa, hinc terra et hostis, hinc victus Oceanus militari iactantia compararentur. Britannos quoque, ut ex captivis audiebatur, visa classis obstupefaciebat, tamquam aperto maris sui secreto ultimum victis perfugium clauderetur. Ad manus et arma conversi Caledoniam incolentes populi, paratu magno, maiore fama, uti mos est de ignotis, oppugnare ultro castella adorti, metum ut provocantes addiderant; regrediendumque citra Bodotriam et excedendum potius quam pellerentur ignavi specie prudentium admonebant, cum interim cognoscit hostis pluribus agminibus irrupturos; ac ne superante numero et peritia locorum circumiretur, diviso et ipse in tris partes exercitu incessit.

26. Quod ubi cognitum hosti, mutato repente consilio universi nonam legionem ut maxime invalidam nocte adgressi, inter somnum ac trepidationem caesis vigilibus irrupere. Iamque in ipsis castris pugnabatur, cum Agricola iter hostium ab exploratoribus edoctus et vestigiis insecutus, velocissimos equitum peditumque adsultare tergis pugnantium iubet, mox ab universis adici clamorem; et propinqua luce fulsere signa. Ita ancipiti malo territi Britanni; et Romanis rediit animus, ac securi pro salute de gloria certabant; ultro quin etiam erupere, et fuit atrox in ipsis portarum angustiis proelium, donec pulsi hostes, utroque exercitu certante, his, ut tulisse opem, illis, ne eguisse auxilio viderentur: quod nisi paludes et silvae fugientes texissent, debellatum illa victoria foret.

27. Cuius conscientia ac fama ferox exercitus nihil virtuti suae invium et penetrandam Caledoniam inveniendumque tandem Britanniae terminum continuo proeliorum cursu fremebant; atque illi modo cauti ac sapientes prompti post eventum ac magniloqui erant. Iniquissima haec bellorum condicio est; prospera omnes sibi vindicant, adversa uni imputantur. At Britanni non virtute *se*, sed occasione et arte ducis *victos* rati, nihil ex adrogantia remittere, quo minus iuventutem armarent, coniuges ac liberos in loca tuta transferrent, coetibus ac sacrificiis conspirationem civitatum sancirent: atque ita irritatis utrimque animis discessum.

28. Eadem aestate cohors Usiporum per Germanias conscripta et in Britanniam transmissa magnum ac memorabile facinus ausa est; occiso centurione ac militibus, qui ad tradendam disciplinam immixti manipulis exemplum et rectores habebantur, tris liburnicas adactis per vim gubernatoribus ascendere; et uno remigante, suspectis duobus eoque interfectis, nondum vulgato rumore ut miraculum praevehebantur. Mox *cum* aquam atque utilia rap*tarent*, cum plerisque Britannorum sua defensantium proelio congressi ac saepe victores, aliquando pulsi, eo ad extremum inopiae venere, ut infirmissimos suorum, mox sorte ductos vescerentur. Atque ita circumvecti Britanniam, amissis per inscitiam regendi navibus, pro praedonibus habiti, primum a Suebis, mox a Frisiis intercepti sunt; ac fuere quos per commercia venumdatos et in nostram

usque ripam mutatione ementium adductos indicium tanti casus illustravit.

29. Initiò aestatis Agricola domestico vulnere ictus, anno ante natum filium amisit: quem casum neque ut plerique fortium virorum ambitiose, neque per lamenta rursus ac maerorem muliebriter tulit. Et in luctu bellum inter remedia erat: igitur praemissa classe, quae pluribus locis praedata magnum et incertum terrorem faceret, expedito exercitu, cui ex Britannis fortissimos et longa pace exploratos addiderat, ad montem Graupium pervenit, quem iam hostis insederat. Nam Britanni nihil fracti pugnae prioris eventu et ultionem aut servitium exspectantes, tandemque docti commune periculum concordia propulsandum, legationibus et foederibus omnium civitatum vires exciverant. Iamque super triginta milia armatorum aspiciebantur, et adhuc adfluebat omnis iuventus et quibus cruda ac viridis senectus, clari bello et sua quisque decora gestantes, cum inter plures duces virtute et genere praestans nomine Calgacus apud contractam multitudinem proelium poscentem in hunc modum locutus fertur:

30. „Quotiens causas belli et necessitatem nostram intueor, magnus mihi animus est hodiernum diem consensumque vestrum initium libertatis toti Britanniae fore. Nam et universi servitutis expertes et nullae ultra terrae ac ne mare quidem securum imminente nobis classe Romana: ita proelium atque arma, quae fortibus honesta, eadem etiam ignavis tutissima sunt. Priores pugnae, quibus adversus Romanos varia fortuna certatum est, spem ac subsidium in nostris manibus habebant, quia nobilissimi totius Britanniae, eoque in ipsis penetralibus siti nec servientium littora aspicientes, oculos quoque a contactu dominationis inviolatos habebamus. Nos terrarum ac libertatis extremos recessus ipse ac sinus famae in hunc diem defendit, atque omne ignotum pro magnifico est. Sed nunc terminus Britanniae patet: nulla iam ultra gens, nihil nisi fluctus et saxa, et infestiores Romani, quorum superbiam frustra per obsequium ac modestiam effugeris. Raptores orbis, postquam cuncta vastantibus defuere terrae, iam et mare scrutantur; si locuples hostis est, avari, si pauper, ambitiosi, quos non Oriens, non Occidens satiaverit. Soli omnium opes

atque inopiam pari affectu concupiscunt. Auferre trucidare rapere falsis nominibus imperium, atque ubi solitudinem faciunt, pacem appellant.

31. Liberos cuique ac propinquos suos natura carissimos esse voluit: hi per dilectus alibi servituri auferuntur; coniuges sororesque etiamsi hostilem libidinem effugiant, nomine amicorum atque hospitum polluuntur. Bona fortunaeque in tributum, ager atque annus in frumentum, corpora ipsa ac manus silvis ac paludibus emuniendis inter verbera ac contumelias conteruntur. Nata servituti mancipia semel veneunt, atque ultro a dominis aluntur: Britannia servitutem suam cotidie emit, cotidie pascit. Ac sicut in familia recentissimus quisque servorum etiam conservis ludibrio est, sic in hoc orbis terrarum vetere famulatu novi nos et viles in excidium petimur; neque enim arva nobis aut metalla aut portus sunt, quibus exercendis reservemur. Virtus porro ac ferocia subiectorum ingrata imperantibus; et longinquitas ac secretum ipsum quo tutius, eo suspectius. Ita sublata spe veniae tandem sumite animum, tam quibus salus quam quibus gloria carissima est. Brigantes femina duce exurere coloniam, expugnare castra, ac nisi felicitas in socordiam vertisset, exuere iugum potuere: nos integri et indomiti et in libertatem non in paenitentiam *bel*laturi, primo statim congressu ostendamus, quos sibi Caledonia viros seposuerit.

32. An eandem Romanis in bello virtutem quam in pace lasciviam adesse creditis? Nostris illi dissensionibus ac discordiis clari vitia hostium in gloriam exercitus sui vertunt; quem contractum ex diversissimis gentibus ut secundae res tenent, ita adversae dissolvent: nisi si Gallos et Germanos et (pudet dictu) Britannorum plerosque, licet dominationi alienae sanguinem commodent, diutius tamen hostes quam servos, fide et adfectu teneri putatis. Metus ac terror sunt infirma vincla caritatis; quae ubi removeris, qui timere desierint, odisse incipient. Omnia victoriae incitamenta pro nobis sunt: nullae Romanos coniuges accendunt, nulli parentes fugam exprobraturi sunt; aut nulla plerisque patria aut alia est. Paucos numero, trepidos ignorantia, caelum ipsum ac mare et silvas, ignota omnia circumspectantes, clausos quodam modo ac vinctos dii nobis

tradiderunt. Ne terreat vanus aspectus et auri fulgor atque argenti, quod neque tegit neque vulnerat. In ipsa hostium acie inveniemus nostras manus: adgnoscent Britanni suam causam, recordabuntur Galli priorem libertatem, deserent illos ceteri Germani, tam quam nuper Usipi reliquerunt. Nec quicquam ultra formidinis: vacua castella, senum coloniae, inter male parentes et iniuste imperantes aegra municipia et discordantia. Hic dux, hic exercitus: ibi tributa et metalla et ceterae servientium poenae, quas in aeternum perferre aut statim ulcisci in hoc campo est. Proinde ituri in aciem et maiores vestros et posteros cogitate."

33. Excepere orationem alacres, ut barbaris moris, cantu fremituque et clamoribus dissonis. Iamque agmina, et armorum fulgores audentissimi cuiusque procursu: simul instruebatur acies, cum Agricola quamquam laetum et vix munimentis coercitum militem accendendum adhuc ratus, ita disseruit:

„*Septim*us annus est, commilitiones, ex quo auspiciis imperii Romani, virtute et fide *vestra* atque opera nostra Britanniam vicistis. Tot expeditionibus, tot proeliis, seu fortitudine adversus hostes seu patientia ac labore paene adversus ipsam rerum naturam opus fuit, neque me militum neque vos ducis paenituit. Ergo egressi, ego veterum legatorum, vos priorum exercituum terminos, finem Britanniae non fama nec rumore, sed castris et armis tenemus: inventa Britannia et subacta. Equidem saepe in agmine, cum vos paludes montesve et flumina fatigarent, fortissimi cuiusque voces audiebam: quando dabitur hostis, quando acies? Veniunt, e latebris suis extrusi, et vota virtusque in aperto, omniaque prona victoribus, atque eadem victis adversa. Nam ut superasse tantum itineris, silvas evasisse, transisse aestuaria pulchrum ac decorum in frontem, ita fugientibus periculosissima quae hodie prosperrima sunt. Neque enim nobis aut locorum eadem notitia aut commeatuum eadem abundantia, sed manus et arma et in his omnia. Quod ad me attinet, iam pridem mihi decretum est neque exercitus neque ducis terga tuta esse. Proinde et honesta mors turpi vita potior, et incolumitas ac decus eodem loco sita sunt; nec inglorium fuerit in ipso terrarum ac naturae fine cecidisse.

34. Si novae gentes atque ignota acies constitisset, aliorum exercituum exemplis vos hortarer: nunc vestra decora recensete, vestros oculos interrogate. Hi sunt, quos proximo anno unam legionem furto noctis adgressos clamore debellastis; hi ceterorum Britannorum fugacissimi ideoque tam diu superstites. Quo modo silvas saltusque penetrantibus fortissimum quodque animal contra ruere, pavida et inertia ipso agminis sono pelli *solent*, sic acerrimi Britannorum iam pridem ceciderunt, reliquus est numerus ignavorum et metuentium. Quos quod tandem invenistis, non restiterunt, sed deprehensi sunt; novissimae res et extrem*o* metu *t*orpor defixere aciem in his vestigiis, in quibus pulchram et spectabilem victoriam ederetis. Transigite cum expeditionibus, imponite quinquaginta annis magnum diem, adprobate rei publicae numquam exercitui imputari potuisse aut moras belli aut causas rebellandi."

35. Et adloquente adhuc Agricola militum ardor eminebat, et finem orationis ingens alacritas consecuta est, statimque ad arma discursum. Instinctos ruentesque ita disposuit, ut peditum auxilia, quae octo milia erant, mediam aciem firmarent, equitum tria milia cornibus adfunderentur. Legiones pro vallo stetere, ingens victoriae decus citra Romanum sanguinem bellandi, et auxilium, si pellerentur. Britannorum acies in speciem simul ac terrorem editioribus locis constiterat ita, ut primum agmen in aequo, ceteri per adclive iugum conexi velut insurgerent; media campi covinnarius eques strepitu ac discursu complebat. Tum Agricola superante hostium multitudine veritus, ne in frontem simul et latera suorum pugnaretur, diductis ordinibus, quamquam porrectior acies futura erat et arcessendas plerique legiones admonebant, promptior in spem et firmus adversis dimisso equo pedes ante vexilla constitit.

36. Ac primo congressu eminus certabatur, simulque constantia, simul arte Britanni ingentibus gladiis et brevibus caetris missilia nostrorum vitare vel excutere, atque ipsi magnam vim telorum superfundere, donec Agricola Batavorum cohortes *tres* ac Tungrorum duas cohortatus est, ut rem ad mucrones ac manus adducerent; quod et ipsis vetustate militiae exercitatum et hostibus inhabile [parva scuta et enormes gladios gerentibus]. Nam Britannorum gladii sine mucrone

complexum armorum et in arto pugnam non tolerabant. Igitur ut Batavi miscere ictus, ferire umbonibus, ora fodere, et stratis qui in aequo adstiterant, erigere in colles aciem coepere, ceterae cohortes aemulatione et impetu conisae proximos quosque caedere: ac plerique semineces aut integri festinatione victoriae relinquebantur. Interim equitum turmae, ut fugere covinnarii, peditum se proelio miscuere; et quamquam recentem terrorem intulerant, densis tamen hostium agminibus et inaequalibus locis haerebant; minimeque equestris ei pugnae facies erat, cum aegr*e clivo in*stantes simul equorum corporibus impellerentur; ac saepe vagi currus, exterriti sine rectoribus equi, ut quemque formido tulerat, transversos aut obvios incursabant.

37. Et Britanni, qui adhuc pugnae expertes summa collium insederant et paucitatem nostrorum vacui spernebant, degredi paulatim et circumire terga vincentium coeperant, ni id ipsum veritus Agricola quattuor equitum alas, ad subita belli retentas, venientibus opposuisset, quantoque ferocius adcucurrerant, tanto acrius pulsos in fugam disiecisset. Ita consilium Britannorum in ipsos versum, transvectaeque praecepto ducis a fronte pugnantium alae aversam hostium aciem invasere. Tum vero patentibus locis grande et atrox spectaculum: sequi, vulnerare, capere, atque eosdem oblatis aliis trucidare. Iam hostium, prout cuique ingenium erat, catervae armatorum paucioribus terga praestare, quidam inermis ultro ruere ac se morti offerre. Passim arma et corpora et laceri artus, et cruenta humus; et aliquando etiam victis ira virtusque. Postquam silvis adpropinquaverunt, idem primos sequentium incautos collecti et locorum gnari circumveniebant. Quod ni frequens ubique Agricola validas et expeditas cohortes indaginis modo, et sicubi artiora erant, partem equitum dimissis equis, simul rariores silvas equitem persultare iussisset, acceptum aliquod vulnus per nimiam fiduciam foret. Ceterum ubi compositos firmis ordinibus sequi rursus videre, in fugam versi, non agminibus, ut prius, nec alius alium respectantes, rari et vitabundi invicem longinqua atque avia petiere. Finis sequendi nox et satietas fuit. Caesa hostium ad decem milia; nostrorum trecenti sexaginta cecidere, in quis Aulus Atticus, praefectus cohortis, iuvenili ardore et ferocia equi hostibus inlatus.

38. Et nox quidem gaudio praedaque laeta victoribus: Britanni palantes mixtoque virorum mulierumque ploratu trahere vulneratos, vocare integros, deserere domos ac per iram ultro incendere, eligere latebras et statim relinquere; miscere invicem consilia aliqua, dein separare; aliquando frangi aspectu pignorum suorum, saepius concitari. Satisque constabat saevisse quosdam in coniuges ac liberos, tamquam miserarentur. Proximus dies faciem victoriae latius aperuit: vastum ubique silentium, deserti colles, fumantia procul tecta, nemo exploratoribus obvius. Quibus in omnem partem dimissis, ubi incerta fugae vestigia neque usquam conglobari hostes compertum, et exacta iam aestate spargi bellum nequibat, in fines Borestorum exercitum deducit. Ibi acceptis obsidibus, praefecto classis circumvehi Britanniam praecipit; datae ad id vires, et praecesserat terror. Ipse peditem atque equites lento itinere, quo novarum gentium animi ipsa transitus mora terrerentur, in hibernis locavit. Et simul classis secunda tempestate ac fama Trucculensem portum tenuit, unde proximo Britanniae latere lecto omni redierat.

39. Hunc rerum cursum, quamquam nulla verborum iactantia epistulis Agricolae auctum, ut erat Domitianus, fronte laetus, pectore anxius excepit. Inerat conscientia derisui fuisse nuper falsum e Germania triumphum, emptis per commercia, quorum habitus et crines in captivorum speciem formarentur: at nunc veram magnamque victoriam tot milibus hostium caesis ingenti fama celebrari. Id sibi maxime formidolosum, privati hominis nomen supra principis attolli; frustra studia fori et civilium artium decus in silentium acta, si militarem gloriam alius occuparet; et cetera utcumque facilius dissimulari, ducis boni imperatoriam virtutem esse. Talibus curis exercitus, quodque saevae cogitationis indicium erat, secreto suo satiatus, optimum in praesentia statuit reponere odium, donec impetus famae et favor exercitus languesceret; nam etiam tum Agricola Britanniam obtinebat.

40. Igitur triumphalia ornamenta et inlustris statuae honorem et quicquid pro triumpho datur, multo verborum honore cumulata, decerni in senatu iubet addique insuper opinionem, Syriam provinciam Agricolae destinari, vacuam tum

morte Atilii Rufi consularis et maioribus reservatam. Crediderere plerique libertum ex secretioribus ministeriis missum ad Agricolam codicillos, quibus ei Syria dabatur, tulisse, cum praecepto, ut, si in Britannia foret, traderentur; eumque libertum in ipso freto oceani obvium Agricolae, ne adpellato quidem eo ad Domitianum remeasse, sive verum istud, sive ex ingenio principis fictum ac compositum est. Tradiderat interim Agricola successori suo provinciam quietam tutamque. Ac ne notabilis celebritate et frequentia occurrentium introitus esset, vitato amicorum officio noctu in urbem, noctu in palatium, ita ut praeceptum erat, venit; exceptusque brevi osculo et nullo sermone turbae servientium immixtus est. Ceterum uti militare nomen, grave inter otiosos, aliis virtutibus temperaret, tranquillitatem atque otium penitus hausit, cultu modicus, sermone facilis, uno aut altero amicorum comitatus, adeo ut plerique, quibus magnos viros per ambitionem aestimare mos est, viso aspectoque Agricola quaererent famam, pauci interpretarentur.

41. Crebro per eos dies apud Domitianum absens accusatus, absens absolutus est. Causa periculi non crimen ullum aut querela laesi cuiusquam, sed infensus virtutibus princeps et gloria viri ac pessimum inimicorum genus, laudantes. Et ea insecuta sunt rei publicae tempora, quae sileri Agricolam non sinerent: tot exercitus in Moesia Daciaque et Germania et Pannonia temeritate aut per ignaviam ducum amissi, tot militares viri cum tot cohortibus expugnati et capti; nec iam de limite imperii et ripa, sed de hibernis legionum et possessione dubitatum. Ita cum damna damnis continuarentur atque omnis annus funeribus et cladibus insigniretur, poscebatur ore vulgi dux Agricola, comparantibus cunctis vigorem et constantiam et expertum bellis animum cum inertia et formidine *ali*orum. Quibus sermonibus satis constat Domitiani quoque aures verberatas, dum optimus quisque libertorum amore et fide, pessimi malignitate et livore pronum deterioribus principem exstimulabant. Sic Agricola simul suis virtutibus, simul vitiis aliorum in ipsam gloriam praeceps agebatur.

17. *periculoso* der Abl. eines Adjektivs allein, indem der Subjektsabl. durch einen Satz vertreten wird, wie III, 60 *libero quid firmaret mutaretve;* nur einzeln bei den Historikern (Schultz, L. Gr. 416 A. 1). — *seu* nur im zweiten Gliede, aufser hier und VI, 12 *una seu plures fuere* bei Tac. ohne Verbum und stets in ausschliefsendem Sinne.

18. *consilia amicorum ministeria militum,* weshalb dem ersten Gliede gegenüber als ein Ganzes zusammengefafst?

20. *vocare:* verweisen. Vgl. Cic. Acad. II, 18 *me ad Democritum vocas.* Gewöhnlich *ad senatum reicere,* wie K. 26. — *ratio constet:* die Rechnung stimmt nur, wenn sie einem abgelegt wird, welcher die einzelnen Posten kennt und bestätigen kann.

7. At Romae ruere in servitium consules, patres, eques. quanto quis inlustrior, tanto magis falsi ac festinantes, vultuque composito, ne laeti excessu principis neu tristiores primordio, lacrimas gaudium, questus adulationem miscebant. Sex. Pompeius et Sex. Appuleius consules primi in verba Tiberii Caesaris iuravere, apudque eos Seius Strabo et C. Turranius, ille praetoriarum cohortium praefectus, hic annonae; mox senatus milesque et populus. Nam Tiberius cuncta per consules incipiebat, tamquam vetere re publica et ambiguus imperandi: ne edictum quidem, quo patres in curiam vocabat, nisi tribuniciae potestatis praescriptione posuit sub Augusto

---

Kap. 7. Verhalten des Tiberius beim Regierungsantritt.

1. *eques* der Singular eines Konkretums nicht selten neben einem Plural. Wozu dient das Asyndeton?

3. *ne laeti* sc. essent. Der Konjunktiv von *esse,* ohne daſs ein anderer von derselben Konjunktion abhängiger Konjunktiv folgt, ausgelassen nur noch hist. I, 85 *arduus rerum omnium modus, ne contumax silentium.* Vgl. zu K. 9. 11. 47.

5. *Sex. Pompeius* von einem Oheim des Triumvir abstammend, der letzte Sproſs des Hauses. Wie er, so war auch *Sex. Appuleius,* wahrscheinlich ein Nachkomme der Octavia maior, einer Halbschwester des Augustus, mit dem Kaiserhause verwandt. Daraus erklärt sich, daſs beide ausnahmsweise ein ganzes Jahr als Konsuln fungierten, da sonst die regelmäſsige Dauer des Konsulats auf eine kürzere Zeit, zuletzt gar auf zwei Monate beschränkt wurde. — *in verba iurare* zunächst Ausdruck der Militärsprache von dem Gelöbnis des Gehorsams gegen den Feldherrn.

7. *praetoriae cohortes* wurden 9, eine jede zu 1000 Mann, errichtet, von welchen unter Augustus wenigstens 3 ihren ständigen Aufenthalt in Rom hatten; ihr Führer (unter Augustus zwei, unter Tiberius einer) hieſs *praefectus praetorio.* Das bedeutendste Amt neben ihm bekleidete der *praefectus urbi,* welcher an der Spitze von 3 besondern städtischen Kohorten die Polizei in Rom und der Umgegend (intra centesimum milliarium) handhabte. Die Stelle scheint, obwohl im J. 25 v. Chr. als ständige eingerichtet, beim Tode des Augustus nicht besetzt gewesen zu sein, da der Inhaber hier sonst nicht unerwähnt geblieben sein könnte. — *annonae,* zur Überwachung der für Rom sehr wichtigen Getreidezufuhr, des Marktes und der öffentlichen Speicher bestellte Augustus einen beständigen Präfekten.

8. *senatus miles populus* die drei Hauptbestandteile des römischen Staates.

9. *ambiguus* c. gen. nach Analogie von *dubius:* unschlüssig in Bezug auf etwas.

11. *praescriptione,* indem der Erlaſs mit den Worten begann: *Tiberius tribuniciae potestatis dicit.* Die Gewalt

acceptae. verba edicti fuere pauca et sensu permodesto: de honoribus parentis consulturum, neque abscedere a corpore idque unum ex publicis muneribus usurpare. sed defuncto Augusto signum praetoriis cohortibus ut imperator dederat; excubiae, arma, cetera aulae; miles in forum, miles in curiam comitabatur. literas ad exercitus tamquam adepto principatu misit, nusquam cunctabundus nisi cum in senatu loqueretur. causa praecipua ex formidine, ne Germanicus, in cuius manu tot legiones, immensa sociorum auxilia, mirus apud populum favor, habere imperium quam exspectare mallet. dabat et famae, ut vocatus electusque potius a re publica videretur quam per uxorium ambitum et senili adoptione inrepsisse. postea cognitum est ad introspiciendas etiam procerum voluntates inductam dubitationem: nam verba vultus in crimen detorquens recondebat.

8. Nihil primo senatus die agi passus *est* nisi de supremis Augusti, cuius testamentum inlatum per virgines Vestae Tiberium et Liviam heredes habuit. Livia in familiam Iuliam

---

war ihm im J. 9 n. Chr. für immer übertragen (vgl. zu K. 3). — *posuit* = proposuit; IV, 27 *positis propalam libellis.*

14. *publ. munus,* es war eine Obliegenheit des Staates, für die Bewachung und Bestattung der kaiserlichen Leiche zu sorgen. — *usurpare:* beanspruchen, geltend machen.

15. *signum:* die Parole wurde dem Tribunen der den Palast bewachenden prätor. Kohorte gegeben.

16. *arma* = milites. — *aulae* (prädic. Gen.) wie am Kaiserhofe. Ergänze zu dem Satze *aspiciebantur.*

17. *adepto* passivisch, wie Sall. Cat. 7, 3 *adepta libertate* u. ö.

18. *loqueretur* Conj. iterativus eines historischen Tempus seit Livius sehr gebräuchlich.

20. *tot legiones:* die acht L. am Rhein, der Kern der gesamten röm. Streitmacht.

21. *dare* nach Analogie von *tribuere* mit einem Dativ: ‚er gab auf den Ruf'; vgl. Hor. sat. II, 2, 94 das aliquid famae. Das Verbum mit Nachdruck an der Spitze, besonders das Imperfekt zu Anfang einer schildernden Ausführung.

23. *uxorius ambitus:* der Einfluſs, den Livia als Gattin auf Augustus übte.

25. *inductam:* gleichsam als Maske angelegt, wie denn *inducere* der technische Ausdruck ist für eine Person, die man auf der Bühne auftreten läſst.

Kap. 8. Testament und Bestattung des Augustus.

1. *suprema:* ‚die letzten Anordnungen'.

2. *virgines Vestae,* bei denen Testamente gewöhnlich hinterlegt wurden.

3. *in familiam Iuliam nomenque Augustum* (adj.) *adsumebatur,* sie

nomenque Augustum adsumebatur; in spem secundam nepotes pronepotesque, tertio gradu primores civitatis scripserat, plerosque invisos sibi, sed iactantia gloriaque ad posteros. legata non ultra civilem modum, nisi quod populo et plebi quadringentiens triciens quinquiens, praetoriarum cohortium militibus singula nummum milia, *urbanis quingenos,* legionariis aut cohortibus civium Romanorum trecenos nummos viritim dedit. tum consultatum de honoribus; ex quis *qui* maxime insignes visi, ut porta triumphali duceretur funus, Gallus Asinius, ut legum latarum tituli, victarum ab eo gentium vocabula anteferrentur, L. Arruntius censuere. addebat Messalla Valerius renovandum per annos sacramentum in nomen Tiberii; interrogatusque a

---

wurde adoptiert und erhielt den Namen Augusta.

4. *in spem secundam,* indem sie in zweiter Linie als Erben genannt waren. — *nepotes* Drusus, S. des Tib., und Germanicus.

5. *pronepotes* die 3 Söhne des Germanicus.

6. *gloria* gewinnt neben *iactantia* die Bedeutung Ruhmbegierde. — *ad posteros* (wie oft bei Livius st. *apud p.*) da die Begierde nach Ruhm sich auf die Nachwelt erstreckt.

7. *populo et plebi* scheidet vom Gesamtvolke die ärmere Klasse aus; ebenso XIII, 31 (vgl. hist. I, 4 und 35, wo *sordida* und *inperita plebs* dem *populus* gegenübergestellt wird). Die dem *populus* bestimmten 40 Mill. Sest. kamen in den Staatsschatz, während 1,500,000 S. unter die *plebs* verteilt wurden.

9. *urbanis quingenos* nach Suet. Aug. 101 hinzuzufügen. Die Höhe der Vermächtnisse richtet sich nach dem Range der Truppen: an erster Stelle standen die 9 Prätorianerkohorten, an zweiter die 3 städt. Kohorten, dann folgten die Legionen (beim Tode des Augustus 25) und die ihnen zwar gleichstehenden, aber eine besondere Abteilung bildenden Bürgerkohorten. Andere schieben nicht nur *urbanis quingenos* nicht ein, sondern streichen auch die Worte *aut cohortibus civium Romanorum,* wodurch die Stelle allerdings an Schärfe gewinnt.

11. *qui,* welches nach *quis* leicht ausfallen konnte, wird durch *visi* sc. sunt gefordert. Der Relativsatz enthält als Objekt (ergänze *eos qui*) zu *censuere* die gemeinsame Ansicht, welche dann durch *ut .. ut* distribuiert wird.

12. *porta triumphalis:* ein Triumphbogen. Zu dem Abl. vgl. Cic. in Pis. 23, 55 *qua tu porta introieris, modo ne triumphali.*

13. *tituli:* die den Inhalt kurz angebenden Aufschriften. — *vocabulum* in der klass. Prosa von Gattungsnamen, bei Dichtern und seit Sallust auch in Prosa von Eigennamen.

14. *censuere* der Plural, obwohl das Verb zu jedem der beiden Subjekte im Singular zu denken ist. Vgl. XII, 41 *Britannicus in praetexta, Nero triumphali veste travecti sunt.*

Tiberio num se mandante eam sententiam prompsisset, sponte dixisse respondit, neque in iis quae ad rem publicam pertinerent consilio nisi suo usurum, vel cum periculo offensionis: ea sola species adulandi supererat. conclamant patres corpus ad rogum umeris senatorum ferendum. remisit Caesar adroganti moderatione, populumque edicto monuit ne, ut quondam nimiis studiis funus divi Iulii turbassent, ita Augustum in foro potius quam in campo Martis, sede destinata, cremari vellent. die funeris milites velut praesidio stetere, multum inridentibus qui ipsi viderant quique a parentibus acceperant diem illum crudi adhuc servitii et libertatis inprospere repetitae, cum occisus dictator Caesar aliis pessimum, aliis pulcherrimum facinus videretur: nunc senem principem, longa potentia, provisis etiam heredum in rem publicam opibus, auxilio scilicet militari tuendum, ut sepultura eius quieta foret.

9. Multus hinc ipso de Augusto sermo, plerisque vana

---

19. *species adulandi,* wobei die Schmeichelei sich hinter erheucheltem Freimut versteckte, da dem argwöhnischen Herrscher gegenüber eine offene Schmeichelei nicht ungefährlich erschien.

20. *remisit adroganti moderatione:* er erliefs es ihnen in anspruchsvoller Māfsigung, d. h. sein Ablehnen bekundete zwar Māfsigung, liefs aber zugleich durchblicken, dafs die Ehre als eine dem Staatsoberhaupte gebührende wohl beansprucht werden könne. Jedoch kann *remisit* auch heifsen: ‚er liefs es geschehen.' Das Anmafsende dabei läge in der Besonnenheit des Tiberius gegenüber der allgemeinen Begeisterung.

22. *nimiis studiis:* durch die von M. Antonius bis zur Raserei gesteigerte leidenschaftliche Erregung, in welcher die Veteranen ihre Waffen und Ehrenzeichen, andere ihre Gewänder, Frauen und Kinder ihre Schmucksachen in die Flamme des Scheiterhaufens warfen. Selbst das Haus eines Verschworenen wurde von der wütenden Menge niedergebrannt und ein Volkstribun ermordet.

23. *sede destinata,* da Augustus sich dort ein Mausoleum hatte errichten lassen.

24. *praesidio* vgl. K. 6 *custodiae.*

26. *crudi adhuc:* woran sich das Volk noch nicht gewöhnt hatte.

27. *pessimum* mit Rücksicht auf die *lib. inprospere repetita, pulcherrimum* wegen des *crudum adhuc servitium* (Chiasmus).

29. *in rem. publ.* gegen den Staat d. h. zur Niederhaltung jeder republikanischen Bewegung.

Kap. 9 u. 10. Urteile über Augustus.

9, 1. *hinc* von T. gewöhnlich nach einem attrib. Adjektiv oder Gen. eingeschoben und ohne Verb; vgl. K. 1 *inde.*

mirantibus, quod idem dies accepti quondam imperii princeps et vitae supremus, quod Nolae in domo et cubiculo in quo pater eius Octavius vitam finivisset. numerus etiam consulatuum celebrabatur, quo Valerium Corvum et C. Marium simul aequaverat, continuata per septem et triginta annos tribunicia potestas, nomen inperatoris semel atque viciens partum aliaque honorum multiplicata aut nova. at apud prudentes vita eius varie extollebatur arguebaturve. hi pietate erga parentem et necessitudine rei publicae, in qua nullus tunc legibus locus, ad arma civilia actum, quae neque parari possent neque haberi per bonas artes. multa Antonio, dum interfectores patris ulcisceretur, multa Lepido concessisse. postquam hic socordia senuerit, ille per libidines pessum datus sit, non aliud discordantis patriae remedium fuisse quam *ut* ab uno regeretur. non regno tamen neque dictatura, sed principis nomine constitutam rem publicam; mari Oceano aut amnibus longinquis saeptum

---

2. *idem dies* am 19. August 43 v. Chr. wurde er zum ersten Male Konsul und an demselben Tage 14 n. Chr. starb er. Der Konj. von *esse* bei folgendem Konj. eines andern Verbums wird nicht selten ausgelassen.

5. *V. Corvus* war 6 mal, *C. Marius* 7 mal Konsul.

6. *per s. et trig. annos* 23 v. bis 14 n. Chr.

7. *n. imperatoris* nach jedem siegreichen Feldzuge, den entweder er selbst oder einer seiner Feldherrn unternommen hatte. Seit Augustus blieben die höchsten Kriegsehren dem Kaiser vorbehalten und den Heerführern wurde weder der Titel *imperator* noch ein Triumph zuerkannt. — *alia honorum* = alia honorum genera; subst. Adj. neutr. besonders im Plural mit einem Genetiv auch ohne partitive Bedeutung zur Bezeichnung des Inhalts sind bei T. nicht selten. Vgl. K. 17 *inculta montium;* 61 *occulta saltuum;* 65 *subiecta vallium.*

8. *prudentes* im Gegensatz zu den *vana mirantibus. Apud* zur Bezeichnung von Personen, bei welchen sich eine Ansicht geltend macht.

9. *hi* was zu ergänzen? Vgl. K. 31 *non unus;* 80 *alii .. servavisse.* — *parentem* und das folgende *patris* geht auf den Adoptivvater J. Cäsar.

10. *necessitudo rei publicae* wird im folg. Kap. durch *tempora r. p.* bezeichnet. *Necessitas est vis premens et cogens, necessitudo autem vinculum ex necessitate oriundum sive ea condicio in qua quis versatur ob necessitatem.* Gell. n. A. XIII, 3.

12. *dum* = dummodo.

16. *principis* vgl. zu K. 1.

17. *mare Oceanus* auch hist. IV, 12 und Cäs. b. g. III, 7. Vgl. XV, 34 *mare Hadria.* — *amnibus longinquis* Rhein, Donau, Euphrat.

imperium; legiones, provincias, classes, cuncta inter se conexa; ius apud cives, modestiam apud socios; urbem ipsam magnifico ornatu; pauca admodum vi tractata, quo ceteris quies esset.

10. Dicebatur contra: pietatem erga parentem et tempora rei publicae obtentui sumpta: ceterum cupidine dominandi concitos per largitionem veteranos, paratum ab adulescente privato exercitum, corruptas consulis legiones, simulatam Pompeianarum gratiam partium; mox ubi decreto patrum fasces et ius praetoris invaserit, caesis Hirtio et Pansa, sive hostis illos, seu Pansam venenum vulneri adfusum, sui milites Hirtium et

---

18. *conexa,* indem die ganze Kriegsmacht und Provinzialverwaltung in Augustus ihren Mittelpunkt und Leiter hatten; so wurde alles einheitlich organisiert, selbst die entlegensten Gebiete durch Heerstraſsen verbunden, durch Standlager und Flotten gesichert.

19. *modestiam:* maſsvolles Benehmen der Provinzialbeamten.

20. *ornatu* durch Neubau oder Wiederherstellung von Tempeln, Theatern, Hallen, Wasserleitungen u. dgl. — *vi* gewaltthätig verfuhr Aug. besonders vor Erlangung der Herrschaft, später suchte er seine Absichten mehr auf gesetzlichem Wege mit Zustimmung des Senats durchzuführen.

10, 1. *dicebatur* unpersönlich, wie hist. IV, 52 *Titum orasse dicebatur.* — *contra* Adverb vor unmittelbar folgendem Accusativ, wie Germ. 40 *contra Langobardos paucitas nobilitat.* Vgl. unten *post Antonium.*

2. *obtentui* bei *sumere* wie bei *esse* hist. I, 49; II, 14; III, 35. — *obtentus* bei T. öfter in der übertragenen Bedeutung Vorwand; vgl. K. 26 *obtendere:* vorschützen. — *ceterum* stellt das Folgende dem, was er zum Vorwande nahm, gegenüber und gewinnt so die Bedeutung: in Wahrheit aber; vgl. K. 14 u. 44 (*ceterum* gegenüber *specie*). — *concitos ... legiones* Octavian bildete vor dem mutinensischen Kriege aus den durch Geldspenden gewonnenen Veteranen Cäsars 2 Legionen, warb dazu selbst eine neue und verführte zwei Legionen des Konsuls M. Antonius zum Abfall.

4. *Pomp. partium* eine aus den alten Pompejanern bestehende Partei, welche die Vernichtung des Antonius und die Herstellung der Republik betrieb.

5. *praetoris,* Octavian erhielt auf den Antrag Ciceros in der 5. phil. Rede die Würde eines Proprätors, welcher *ius praetoris* hatte.

6. *Hirtius* fiel bei der Erstürmung des Lagers vor Mutina, *Pansa* starb an der in einer Schlacht bei forum Gallorum erhaltenen Wunde. — *sive* bei T. in der Regel vor Vokalen und h, *seu* vor Konsonanten. Zudem wechselt er mit den Konjunktionen gewöhnlich in ungleich gebauten Sätzen; vgl. Germ. 34 *sive adiit Hercules seu quidquid ubique magnificum est in claritatem eius referre consensimus.*

machinator doli Caesar abstulerat, utriusque copias occupavisse; extortum invito senatu consulatum, armaque quae in Antonium acceperit contra rem publicam versa; proscriptionem civium, divisiones agrorum ne ipsis quidem qui fecere laudatas. sane Cassii et Brutorum exitus paternis inimicitiis datos, quamquam fas sit privata odia publicis utilitatibus remittere: sed Pompeium imagine pacis, sed Lepidum specie amicitiae deceptos; post Antonium, Tarentino Brundisinoque foedere et nuptiis sororis inlectum, subdolae adfinitatis poenas morte exsolvisse. pacem sine dubio post haec, verum cruentam: Lollianas Varianasque clades, interfectos Romae Varrones, Egnatios, Iulos. nec domesticis abstinebatur: abducta Neroni uxor et consulti per ludibrium pontifices an concepto necdum edito partu rite nuberet; Q. † Tedii et Vedii Pollionis luxus; postremo Livia

---

8. *abstulerat* der Ind. in Nebensätzen einer or. obl., wo die Äufserung anderer mit einer gewissen Lebhaftigkeit in direkter Form gegeben wird. Der Singular, weil Cäsar als *machinator doli* vorzugsweise thätig erscheint.

9. *senatu* = senatui. Dieselbe Dativendung III, 30. 33. 34. VI, 23. XII, 62. XV, 48. 59.

11. *ipsis* sc. triumviris.

13. *remittere* mit einem Dativ: verzichten zu Gunsten. — *sed — sed* Anaphora, wie K. 38 *sed Germanicum sed Tiberium,* eine bei T. beliebte Figur.

14. *imagine pacis,* Sextus Pomp. wurde durch den scheinbaren Vertrag von Misenum, dem schon im nächsten Jahre 38 der sicilische Krieg folgte, getäuscht.

15. *Tarentino* im J. 37, *Brundisino* 40 v. Chr. Die chronologische Folge ist nicht berücksichtiget, weil die gleich zu erwähnende Vermählung des Antonius mit Octavia das Brundisinische Bündnis gewissermafsen besiegeln sollte.

17. *Lollius,* Befehlshaber in Germania inferior, wurde von den über den Rhein gekommenen Sigambrern 16 v. Chr. geschlagen; mit der Niederlage des Varus 9 n. Chr. gingen die Früchte der bisherigen Eroberungen im freien Germanien verloren.

18. *Varro* Murena hatte im J. 23, *Egnatius* Rufus 19 v. Chr. eine Verschwörung gestiftet; *Iulus* Antonius, der Sohn des Triumvirn, suchte sich 2 v. Chr. durch einen frivolen Umgang mit Iulia, der Tochter des Augustus, den Weg zur Herrschaft zu bahnen. Die Plurale generalisieren.

19. *abstinebatur:* liefs man unerwähnt. Aus dem negativen Begriffe ist zu dem Folgenden der positive *commemorabatur* zu ergänzen.

20. *per ludibrium,* da man ihnen durch Verschweigen des Namens Livia in der Frage nur zum Schein eine unparteiische Entscheidung anheimgab.

21. In dem handschriftlichen *que tedii* hat man bisher vergebens einen dem *Vedius Pollio* gleichzustellenden Schlemmer (Q. Pedii. C. Mattii. Q.

gravis in rem publicam mater, gravis domui Caesarum noverca. nihil deorum honoribus relictum, cum se templis et effigie numinum per flamines et sacerdotes coli vellet. ne Tiberium quidem caritate aut rei publicae cura successorem adscitum, sed quoniam adrogantiam saevitiamque eius introspexerit, comparatione deterrima sibi gloriam quaesivisse. etenim Augustus paucis ante annis, cum Tiberio tribuniciam potestatem a patribus rursum postularet, quamquam honora oratione, quaedam de habitu cultuque et institutis eius iecerat, quae velut excusando exprobraret. ceterum sepultura more perfecta templum et caelestes religiones decernuntur.

11. Versae inde ad Tiberium preces. et ille varie disserebat de magnitudine imperii, sua modestia. solam divi Augusti mentem tantae molis capacem: se in partem curarum ab illo vocatum experiendo didicisse quam arduum, quam subiectum

---

Attedii) gesucht. — *V. Pollio,* verrufen wegen seiner Üppigkeit, fütterte seine Muränen sogar mit lebenden Sklaven, um sie recht schmackhaft zu machen.

23. *templis* lokaler, *effigie* modaler Ablativ.

24. *coli,* die Verehrung des Augustus als eines Schutzgottes beschränkte sich bei seinen Lebzeiten auf einzelne Städte in Italien (aufser Rom) und auf einige Provinzen, und wurde erst nach seinem Tode, wie wir am Ende des Kapitels lesen, zum allgemeinen Staatskult erhoben. — *vellet* Ausdruck der Parteileidenschaft, da er es nicht vorschrieb, sondern nur gestattete.

25. *caritate aut r. p. cura,* Tiberius wurde von Augustus, wie man allgemein glaubte, ungern und nur, weil es die Verhältnisse forderten, als Sohn und Nachfolger angenommen.

26. *quoniam* = quod.

27. *deterrima* vertritt den obj. Gen. *deterrimi hominis.*

28. *paucis ante annis* 9 n. Chr. vgl. K. 3.

29. *honorus* nur noch III, 5 und IV, 68 nach dem Vorgange von Dichtern.

30. *habitu,* Tib. hatte neben der von den Klaudiern ererbten Anmafsung infolge des langen Drucks der Verhältnisse, unter welchen er lebte, ein verschlossenes und argwöhnisches Wesen angenommen.

31. *ceterum* nimmt nach einer Digression den Hauptgegenstand wieder auf. — *templum* zu Rom zwischen dem Kapitol und Palatin.

Kap. 11—13. Verhandlungen wegen Übernahme der Regierung.

11, 1. *varie,* indem er verschiedene Gründe anführte, welche er insbesondere von der Ausdehnung des Reiches und dem Gefühle der eigenen Unzulänglichkeit (*modestia*) hernahm.

3. *in partem curarum* als *collega imperii* K. 3.

4. *quam arduum .. onus,* indir.

fortunae regendi cuncta onus. proinde in civitate tot inlustribus viris subnixa non ad unum omnia deferrent: plures facilius munia rei publicae sociatis laboribus exsecuturos. plus in oratione tali dignitatis quam fidei erat; Tiberioque etiam in rebus quas non occuleret, seu natura sive adsuetudine, suspensa semper et obscura verba: tunc vero nitenti, ut sensus suos penitus abderet, in incertum et ambiguum magis implicabantur. at patres, quibus unus metus si intellegere viderentur, in questus lacrimas vota effundi; ad deos, ad effigiem Augusti, ad genua ipsius manus tendere, cum proferri libellum recitarique iussit. opes publicae continebantur, quantum civium sociorumque in armis, quot classes, regna, provinciae, tributa aut vectigalia, et necessitates ac largitiones. quae cuncta sua manu perscripserat Augustus addideratque consilium coercendi intra terminos imperii, incertum metu an per invidiam.

12. Inter quae senatu ad infimas obtestationes procum-

Frage ohne *esset,* wie K. 16. 48. II, 14. 36. 63. 76. III, 40. 45. 52.

6. *non,* nicht *ne,* weil nur das betonte *unum* im Gegensatze zu *plures* negiert wird.

11. *in incertum,* die Präposition bezeichnet die Richtung der Thätigkeit oder das Resultat der Handlung.

12. *unus metus si intellegere viderentur:* sie hegten nur Furcht für den Fall, dafs sie den Sinn seiner Worte einzusehen schienen. Ebenso *si* nach *metus* XVI, 5 und hist. IV, 72 *a metu infamiae, si imbuere crederetur;* vgl. hist. I, 16 *territus, si.*

13. *ad effigiem Augusti,* welches in der Kurie aufgestellt war; vgl. II, 37.

14. *libellum* eine von Augustus angefertigte statistische Übersicht über die Streitkräfte, über die Einnahmen und Ausgaben des Reiches. Sueton. Oct. 28. 101.

16. *regna* die abhängigen Reiche besonders an der Ostgrenze: Judäa, Commagene, Cappadocien, Pontus. — *tributa* direkte, *vectigalia* indirekte Abgaben.

17. *et* zum Anschlufs des dritten oder letzten (hier aus zwei, durch *ac* verbundenen Teilen bestehenden) Gliedes öfter bei Tac. in den gröfseren Schriften. Beachte übrigens den Wechsel zwischen Asyndeton und Polysyndeton; vgl. XII, 17 *arma munimenta, impediti vel eminentes loci, amnesque et urbes.* — *necessitates:* notwendige Ausgaben.

12, 1. *inter* zur Bezeichnung der Gleichzeitigkeit. Statt des allgemein gebräuchlichen *interea* findet sich seit Livius zunächst *inter haec,* dann auch *inter quae.* — *procumbente* entweder nach der voraufgehenden Bemerkung *ad genua ipsius manus tendere* in eigentlicher Bedeutung oder mit Beziehung auf *infimas* im übertragenen Sinne: ‚zu den demütigsten Bitten sich erniedrigen‘.

bente, dixit forte Tiberius se ut non toti rei publicae parem, ita quaecumque pars sibi mandaretur, eius tutelam suscepturum. tum Asinius Gallus „interrogo“ inquit, „Caesar, quam partem rei publicae mandari tibi velis“. perculsus inprovisa interrogatione paulum reticuit: dein collecto animo respondit nequaquam decorum pudori suo legere aliquid aut evitare ex eo, cui in universum excusari mallet. rursum Gallus (etenim vultu offensionem coniectaverat) non idcirco interrogatum ait, ut divideret quae separari nequirent, sed ut sua confessione argueretur, unum esse rei publicae corpus atque unius animo regendum. addidit laudem de Augusto Tiberiumque ipsum victoriarum suarum quaeque in toga per tot annos egregie fecisset admonuit. nec ideo iram eius lenivit, pridem invisus, tamquam ducta in matrimonium Vipsania M. Agrippae filia, quae quondam Tiberii uxor fuerat, plus quam civilia agitaret Pollionisque Asinii patris ferociam retineret.

13. Post quae L. Arruntius haud multum discrepans a Galli oratione perinde offendit, quamquam Tiberio nulla vetus in Arruntium ira: sed divitem, promptum, artibus egregiis et pari fama publice, suspectabat. quippe Augustus supremis

---

2. *forte:* ‚unüberlegt‘; vgl. IV, 58 *haud forte dictum.*

4. *Asinius Gallus* Sohn des als Feldherr und Staatsmann, Geschichtschreiber, Redner und Dichter berühmten C. Asinius Pollio (Hor. C. II, 1).

7. *pudori* vgl. K. 11, 2 modestia.

8. *cui* ein sachlicher Dativ bei *excusare* ungewöhnlich.

9. *coniectare* c. abl., wie XVI, 34 *intentione vultus.* Dagegen XIV, 51 *valetudo ex eo coniectabatur, quod* —.

10. *separare* bezeichnet das Erhalten in dem durch *dividere* herbeigeführten Zustande.

12. *laus* nach Analogie von *oratio* mit *de.*

13. *quae .. fecisset* ind. Frage einem voraufgehenden Substantiv koordiniert; vgl. K. 15 *pecunia utque.*

14. *Nec ideo:* und deshalb doch nicht. — *tamquam* wie auch *quasi* und *velut* finden sich bei T. zuweilen in kausaler Bedeutung: weil angeblich; vgl. 44 *t. absolveret.*

15. *Vipsania* von Tiberius im J. 11 v. Chr. ungern entlassen, um die von Augustus gewünschte Ehe mit dessen Tochter Iulia einzugehen.

17. *ferociam:* unbändiges Wesen, wie es sich zeigte, als er im Senat gegen Augustus *graviter invidioseque* auftrat (Suet. Aug. 43).

13, 1. *post* mit dem Rel. *quae* wie 12 *inter.*

3. *Arruntius* zeichnete sich aus als Redner.

4. *pari fama publice,* sein Ruf in der Öffentlichkeit entsprach seinen hervorragenden Eigenschaften.

sermonibus cum tractaret, quinam adipisci principem locum suffecturi abnuerent aut inpares vellent vel idem possent cuperentque, M'. Lepidum dixerat capacem sed aspernantem, Gallum Asinium avidum et minorem, L. Arruntium non indignum et, si casus daretur, ausurum. de prioribus consentitur, pro Arruntio quidam Cn. Pisonem tradidere; omnesque praeter Lepidum variis mox criminibus struente Tiberio circumventi sunt. etiam Q. Haterius et Mamercus Scaurus suspicacem animum perstrinxere, Haterius cum dixisset „quousque patieris, Caesar, non adesse caput rei publicae?“, Scaurus quia dixerat, spem esse ex eo non inritas fore senatus preces, quod relationi consulum iure tribuniciae potestatis non intercessisset. in Haterium statim invectus est; Scaurum, cui inplacabilius irascebatur, silentio tramisit. fessusque clamore omnium, expostulatione singulorum flexit paulatim, non ut fateretur suscipi a se imperium, sed ut negare et rogari desineret. constat Haterium, cum deprecandi causa Palatium introisset ambulantisque Tiberii genua advolveretur, prope a militibus interfectum, quia

---

6. *suffecturi* absolut, wie Germ. 13. — *aut* .. *vel* nie in zwei korrespondierenden Gliedern in der Bedeutung entweder — oder, sondern so dafs *vel* dem *aut* sich unterordnet (XIV, 3 *in hortos aut Tusculanum vel Antiatem in agrum*) oder, wie hier, den durch *aut* unterschiedenen Teilen eine andere Angabe gegenüberstellt; vgl. K. 59. Dagegen hist. 2, 10 *vel* — *aut*. — *idem* Plural.

7. *capax* (dem *suffecturus* entsprechend): fähig.

8. *et* vor *minorem* statt *sed*. Gewöhnlich tritt durch die kopulative statt der adversativen Partikel der Gegensatz als etwas Unerwartetes um so mehr hervor; hier ist *et* wohl nur zur Abwechselung mit dem voraufgehenden *sed* gebraucht.

9. *casus* = occasio. Vgl. XI, 9 *casus Mithridati datus est occupandi Armeniam*.

10. *omnes* ungenau, da nur Asinius Gallus auf Anstiften des Tib. getötet wurde (VI, 23), in Bezug auf Arruntius (oder Piso) aber seine Schuld nicht erwiesen ist (VI, 48. III, 15).

11. *circumventi* im übertragenen Sinne = ad perniciem redacti.

12. *Q. Haterius* ‚familia senatoria, eloquentiae, quoad vixit, celebratae‘ IV, 61. — *Mam. Scaurus* ‚insignis nobilitate et orandis causis, vita probrosus‘ (VI, 29) tötete sich 34 n. Chr.

14. *rei p.* Dativ zu *adesse*.

15. *relationi consulum* auf Übernahme des Principats, von welchem Antrage die Senatsverhandlungen ausgegangen sein müssen.

18. *silentio tramittere,* nachklassisch statt *sil. praetermittere* oder *praeterire;* XIII, 22. hist. IV, 9.

19. *flexit* absolut, wie K. 34 u. ö.

20. *rogari:* sich bitten lassen.

22. *advolvere* bei T. mit dem Acc.

Tiberius casu an manibus eius inpeditus prociderat. neque tamen periculo talis viri mitigatus est, donec Haterius Augustam oraret eiusque curatissimis precibus protegeretur.

14. Multa patrum et in Augustam adulatio. alii parentem, alii matrem patriae appellandam, plerique ut nomini Caesaris adscriberetur „Iuliae filius" censebant. ille moderandos feminarum honores dictitans eademque se temperantia usurum in iis quae sibi tribuerentur, ceterum anxius invidia et muliebre fastigium in deminutionem sui accipiens ne lictorem quidem ei decerni passus est aramque adoptionis et alia huiusce modi prohibuit. at Germanico Caesari proconsulare imperium petivit, missique legati qui deferrent, simul maestitiam eius ob excessum Augusti solarentur. quo minus idem pro Druso postularetur, ea causa quod designatus consul Drusus praesensque erat. candidatos praeturae duodecim nominavit, numerum ab

---

genua (wie auch Sallust) und mit dem Dativ *pedibus* (23 u. 32), jenes von der Richtung des Hinwerfens, dieses von dem Zustande des Liegens.

23. *an* wie in einer von *dubium* abhängigen Disjunktivfrage, auch bei Cic. Brut. 89 *diebus an mensibus* u. ö., am häufigsten bei Tacitus.

24. *donec* I, 1.

25. *curatus* st. *accuratus* nicht vor Tac. (II, 27. XIV, 21. XVI, 22).

Kap. 14. Verhalten gegen Augusta, Germanicus, Drusus.

1. *parens* bezeichnet zunächst nur das natürliche Verhältnis, wogegen *mater* mehr ein Ausdruck der Liebe ist.

3. *censere* mit dem Gerundiv und *ut* neben einander auch II, 36; III, 17; IV, 20.

5. *ceterum* K. 10, 2.

6. *accipere in:* aufnehmen oder ansehen als; vgl. VI, 13 *silentium in superbiam;* XII, 43 *in prodigium.* — *lictorem,* wie z. B. der Agrippina, der Mutter des Nero, zwei Liktoren bewilligt wurden XIII, 2.

7. *aram* zur Erinnerung an die K. 8 erwähnte Adoption.

8. *proconsulare imperium* auf Lebenszeit, wie es auch dem Nero vor seiner Thronbesteigung übertragen wurde (XII, 41).

10. *solari* st. *consolari* vor T. nur bei Dichtern; II, 36; 86; XIII, 19; XVI, 13. — *quo minus* mit Beziehung auf das in *causa* angedeutete Hindernis. Vgl. III, 38 *causa, ne .. coalescerent.*

11. *Drusus* hätte als *design. consul,* da er anwesend war, über die für ihn selbst beantragte Auszeichnung zuerst abstimmen müssen.

Prätorenwahl. Ludi Augustales.

12. *nominavit,* der Kaiser nahm die Meldungen zu einem Amte entgegen und bezeichnete die Namen der Bewerber den Konsuln oder dem Senate. Da er nur 12 nannte, so gab er zu erkennen, dafs die Wahl auf so viele beschränkt bleiben sollte.

Augusto traditum; et hortante senatu ut augeret, iure iurando obstrinxit se non excessurum.

15. Tum primum e campo comitia ad patres translata sunt: nam ad eam diem, etsi potissima arbitrio principis, quaedam tamen studiis tribuum fiebant. neque populus ademptum ius questus est nisi inani rumore, et senatus largitionibus ac precibus sordidis exsolutus libens tenuit, moderante Tiberio ne plures quam quattuor candidatos commendaret, sine repulsa et ambitu designandos. inter quae tribuni plebei petivere, ut proprio sumptu ederent ludos, qui de nomine Augusti fastis additi Augustales vocarentur. sed decreta pecunia ex aerario, utque per circum triumphali veste uterentur: curru vehi haud

---

14. *se* gehört nicht zu *obstrinxit,* sondern zu *excessurum,* da das Subjekt im Gegensatze zu Augustus hervorzuheben ist; vgl. IV, 31 *ut iure iurando obstringeret.*

15, 1. *comitia* bezeichnet überhaupt Wahlen; der Ausdruck wird festgehalten, auch nachdem die Volksversammlung nicht mehr das Wahlrecht, sondern nur noch die *renuntiatio* oder *declaratio* (Verkündigung der Wahl) besafs. Da hier zunächst nur von der Prätorenwahl Rede ist, so ist die Angabe des Tac. dahin zu verstehen, dafs mit jener Wahl faktisch das Wahlrecht überhaupt vom Volke auf den Senat übertragen wurde.

2. *arbitrio principis,* weil Augustus, als er nach Auflösung des Triumvirats dem Volke die Wahlen wieder übertrug, sich ein Vorschlagsrecht vorbehielt.

4. *inani rumore:* in wirkungslosem Gerede, ohne dafs also ein ernstlicher Widerspruch erhoben wurde. — *largitionibus ac precibus sordidis,* wie sie bis dahin bei den Senatoren, denen ja nur überhaupt die höhern Ämter von der Quästur ab offen standen, üblich waren.

5. *exsolutus* nachklassisch st. *liberatus.*

6. *commendaret* natürlich für die Prätur, von welcher ja zunächst Rede ist. Der Kaiser ordnete die Sache so, dafs er vorab vier bezeichnete, welche, ohne zurückgewiesen werden zu können und ohne sich besonders bewerben zu müssen, zu wählen waren. Auch in Bezug auf die übrigen acht verblieb dem Senat nur dann eine gewisse Wahlfreiheit, wenn die Zahl der genannten Kandidaten die der zu besetzenden Stellen überstieg.

8. *de* st. *a* bei *vocari,* wie Virg. A. I, 277 und 532 bei *dicere.* — *fastis additi:* ‚im Festkalender verzeichnet' am 12. Oktober, an welchem Tage Augustus im J. 19 v. Chr. aus dem Orient zurückkehrte. Neben diesen *Augustales,* welche erst jetzt eingeführt wurden (K. 54), feierte man am Geburtstage des Augustus (23. Sept.) besondere *ludi Circenses.*

10. *ut* neben *pecunia,* wie überhaupt öfter ein Konjunktionalsatz einem voraufgehenden Nomen, selten umgekehrt (35 und 52), koordiniert wird. Vgl. XIII, 41 *consulatus principi utque inter festos referretur dies*

permissum. mox celebratio annua ad praetorem translata, cui inter cives et peregrinos iurisdictio evenisset.

16. Hic rerum urbanarum status erat, cum Pannonicas legiones seditio incessit, nullis novis causis, nisi quod mutatus princeps licentiam turbarum et ex civili bello spem praemiorum ostendebat. castris aestivis tres simul legiones habebantur, praesidente Iunio Blaeso, qui fine Augusti et initiis Tiberii auditis ob iustitium aut gaudium intermiserat solita munia. eo principio lascivire miles, discordare, pessimi cuiusque sermonibus praebere aures, denique luxum et otium cupere, disciplinam et laborem aspernari. erat in castris Percennius quidam, dux olim theatralium operarum, dein gregarius miles, procax

.. *decernuntur;* XIV, 12 *decernuntur supplicationes utque Quinquatrus celebrarentur.* — *curru* sc. *triumphali,* dessen sich nur die Prätoren bedienen durften.

11. *mox* wahrscheinlich infolge der Störung, welche bei der ersten Feier (K. 54) entstand. Die Änderung des handschr. *annum* in *annua* ist, als sei es ein neben *fastis additi* überflüssiger Zusatz, beanstandet worden. Jedoch läfst sich annehmen, dafs damit die wirkliche Einrichtung dessen, was oben nur als Antrag erscheint, bezeichnet werden soll. Das von andern vermutete *post annum* würde eine nähere Bestimmung zu *mox* enthalten. *Annua* bedeutet eine alljährlich sich wiederholende, bleibende Einrichtung; vgl. XIV, 12 *ludi annui.*

B. Äufsere Ereignisse des J. 14 n. Chr.

a. in Pannonien. K. 16—30.

16, 2. *nullis novis causis,* ein Abl. abs. zur Bezeichnung eines obwaltenden Umstandes bei Tac. oft nach dem Hauptverbum oder am Ende eines Satzes; vgl. K. 24 *nullis .. mandatis.*

3. *ex civili bello,* wo die Legionen durch Geschenke erkauft waren (K. 10).

4. *tres legiones* die 8., 9. und 15., die nur im Sommerlager (zu Kriegszwecken) vereinigt wurden, dagegen gesonderte Winterlager hatten (K. 30).

6. *aut* hier nicht ausschliefsend, sondern zwei neben einander wirkende Ursachen, welche zu dem Vorhergehenden in verschiedener Beziehung stehen, verbindend (bald — bald, teils — teils). *ob iustitium* bezieht sich auf *fine Augusti, gaudium* auf *initiis Tiberii.* Vgl. K. 55 *perfidia* (Arminius) *aut fide* (Segestes). Während der beim Tode des Augustus angeordneten Landestrauer (K. 50 *iustitio ob amissum Augustum*) ruhten die Geschäfte.

7. *eo* = ideo. — *discordare:* ‚unruhig werden‘; vgl. 38 *discors.*

9. *erat,* das Impf. zu Anfang einer schildernden Ausführung, wie 7, 21 *dabat.*

10. *theatrales operae* ein zum Bezeugen von Beifall oder Mifsfallen für oder gegen einen Schauspieler gedungener Theateranhang. Zum Leiter wählte man einen Maulhelden, der auch noch andere mitfortzureifsen wufste. Durch derartige Bemühung

lingua et miscere coetus histrionali studio doctus. is inperitos animos et quaenam post Augustum militiae condicio ambigentes inpellere paulatim nocturnis conloquiis aut flexo in vesperam die et dilapsis melioribus deterrimum quemque congregare.

17. Postremo promptis iam et aliis seditionis ministris velut contionabundus interrogabat, cur paucis centurionibus, paucioribus tribunis in modum servorum oboedirent. quando ausuros exposcere remedia, nisi novum et nutantem adhuc principem precibus vel armis adirent? satis per tot annos ignavia peccatum, quod tricena aut quadragena stipendia senes et plerique truncato ex vulneribus corpore tolerent. ne dimissis quidem finem esse militiae, sed apud vexillum tendentes alio vocabulo eosdem labores perferre. ac si quis tot casus vita superaverit, trahi adhuc diversas in terras, ubi per nomen agrorum uligines paludum vel inculta montium accipiant. enimvero militiam ipsam gravem, infructuosam: denis in diem assibus

---

für Schauspieler (*histrionali studio*) hatte Perc. gelernt, überhaupt Versammlungen aufzuwühlen (*coetus miscere*).

14. *dilapsis* ebenso II, 7; V, 10; XII, 27; man kann ergänzen *in tentoria* nach hist. III, 10.

17, 1. *promptis* Prädikat zu *ministris*. — *et* (etiam) *aliis* aufser den *deterrimis*, welche als die nächsten Handlanger des Aufruhrs erschienen.

2. *paucis centurionibus* 60 in einer Legion zu 60 Centurien; *tribuni* gab es in einer Legion 6, einer jedesmal an der Spitze von 10 Centurien.

4. *ausuros*, das Part. Fut. Akt. mit einem Bedingungssatze findet sich erst seit Livius (XXII, 12 nullo loco, nisi quantum necessitas cogeret, fortunae se commissurus). Es bezeichnet hier die Bereitschaft oder Entschlossenheit.

6. *tricena aut quadragena*, die Legionssoldaten hatten nach einer Bestimmung des Augustus 20 Jahre zu dienen, wurden aber auch nach dieser Zeit häufig zurückgehalten; vgl. K. 35.

7. *tolerent* und 11 *accipiant* das Tempus der dir. Rede.

8. *tendentes* sc. tentoria: Zelte aufschlagen, lagern; XIII, 36; hist. I, 31. 55. 59 u. ö. — *alio vocabulo* nämlich *vexillarii* oder *vexilla veteranorum*, besondere Abteilungen ausgedienter Soldaten. Von diesen unterscheiden sich die aus den Legionen zu bestimmten Zwecken zeitweilig detachierten Corps (Agr. 18 *legionum vexilla*).

10. *adhuc* = insuper, praeterea, wie Germ. 10 *auspiciorum adhuc fides exigitur*. — *diversas*: entlegen. In derselben Verbindung IV, 46.

11. *paludum* und *montium* nicht partitive, sondern appositionale oder epexegetische Genetive. — *accipiant* der Plural, da *si quis* einen kollektiven Sinn hat.

12. *denis assibus* etwa 50 Pf.

animam et corpus aestimari: hinc vestem arma tentoria, hinc saevitiam centurionum et vacationes munerum redimi. at hercule verbera et vulnera, duram hiemem, exercitas aestates, bellum atrox aut sterilem pacem sempiterna. nec aliud levamentum quam si certis sub legibus militia iniretur, ut singulos denarios mererent, sextus decumus stipendii annus finem adferret, ne ultra sub vexillis tenerentur, sed isdem in castris praemium pecunia solveretur. an praetorias cohortes, quae binos denarios acceperint, quae post sedecim annos penatibus suis reddantur, plus periculorum suscipere? non obtrectari a se urbanas excubias: sibi tamen apud horridas gentes e contuberniis hostem aspici.

18. Adstrepebat vulgus, diversis incitamentis, hi verberum notas, illi canitiem, plurimi detrita tegmina et nudum corpus exprobrantes. postremo eo furoris venere, ut tres legiones miscere in unam agitaverint. depulsi aemulatione, quia suae quisque legioni eum honorem quaerebant, alio vertunt atque

---

14. *saevitiam centurionum et vacationes munerum redimi,* indem die harte Behandlung der Centurionen und ihre Befugnis, Urlaub zu erteilen, zu Gelderpressungen dienten. Es hatte sich nämlich in den römischen Heeren der Miſsbrauch eingeschlichen, daſs die Soldaten sich Befreiungen von Dienstleistungen aller Art von den Centurionen erkauften. Sowohl der Freischein wie auch das dafür gezahlte Geld hieſs *vacatio;* eine besondere Bezeichnung für Urlaub war *commeatus,* eine allgemeine für Freisein vom Dienste *militare otium.*

15. *at hercule* leidenschaftlicher Ausruf. — *exercitas* = molestas; vgl. K. 35 *exercita militia.*

17. *sub* zum Ausdruck einer Bedingung erst seit Livius.

18. *denarius* damals 16 Asse oder etwa 80 Pf.

19. *ultra* = amplius.

20. *pecunia* statt Landanweisungen.

21. *acceperint* das Perfekt von der Zeit, wo es ihnen zuerst bewilligt worden: welche angewiesen erhalten haben und auch noch erhalten.

22. *obtrectare* c. acc. auch bei Livius.

18, 1. *adstrepere* bei T. öfter von beifälliger Aufnahme einer Rede.

2. *detrita .. nudum,* wie das als Attribut mit einem konkreten Substantivbegriff verbundene Part. Perf. Pass. ein abstraktes Verbalsubstantiv vertreten kann, so bei Tac. auch ein Adjektiv (*nudum:* die Blöſse).

3. *eo furoris* nachklassisch.

4. *miscere,* als wenn sie alle sich gleichmäſsig an dem Aufruhr beteiligt hätten.

5. *vertunt* sc. se. — *eum honorem,* daſs in ihr die beiden andern gleichsam aufgingen.

una tres aquilas et signa cohortium locant; simul congerunt caespites, exstruunt tribunal, quo magis conspicua sedes foret. properantibus Blaesus advenit, increpabatque ac retinebat singulos, clamitans „mea potius caede imbuite manus: leviore flagitio legatum interficietis quam ab imperatore desciscitis. aut incolumis fidem legionum retinebo, aut iugulatus paenitentiam adcelerabo.“

19. Aggerabatur nihilo minus caespes iamque pectori usque adcreverat, cum tandem pervicacia victi inceptum omisere. Blaesus multa dicendi arte non per seditionem et turbas desideria militum ad Caesarem ferenda ait, neque veteres ab imperatoribus priscis neque ipsos a divo Augusto tam nova petivisse; et parum in tempore incipientes principis curas onerari. si tamen tenderent in pace temptare quae ne civilium quidem bellorum victores expostulaverint, cur contra morem obsequii, contra fas disciplinae vim meditentur? decernerent legatos seque coram mandata darent. adclamavere ut filius Blaesi tribunus

---

6. *aquilas* der einzelnen Legionen.

8. *properantibus* kann als Abl. abs. (mit dem allgemeinen Subjekte *man*, vgl. K. 5) oder auch als Dativ gefafst werden. Als Objekt ist aus dem vorigen *tribunal* zu denken, so dafs es für *celeriter exstruentibus* steht.

9. *leviore flagitio .. interficietis:* ein leichteres Vergehen wird es sein, zu töten.

10. *legatum,* von den kaiserlichen Provinzen hatten die gröfseren einen *legatus pro praetore,* die kleineren einen *procurator;* die senatorischen Provinzen standen unter Prokonsuln.

19, 1. *pectori usque* = ad pectus usque.

2. *adcrescere* c. dat. zur Bezeichnung des Punktes, bis zu welchem etwas emporwächst, findet sich sonst nicht, wohl aber in der Bedeutung hinzuwachsen oder hinzukommen.

3. *multa arte* Abl. qual. *per* modal.

6. *parum in tempore* = non satis opportuno tempore. Vgl. *satis tempore* Cic. fam. XI, 1, 4. Tac. sagt nur *in t.* — *onerare:* lästiger, ärger machen, mit *curas* auch hist. II, 52.

7. *tenderent* neben *meditentur* Wechsel der Tempora durch Verbindung von zwei gleich zulässigen Formen der Bedingungssätze. So hier die Mischung der Formen: *si tenderent, meditarentur* und *si tendant, meditentur.*

8. *expostulare* bei T. öfter von einem dringenden Verlangen. — *obsequium* der militärische Gehorsam; so auch K. 28. 40. 43 u. ö.

9. *decernerent .. darent* der Konj. Impf. zur Bezeichnung einer Aufforderung in indir. Rede statt des Konj. Präs. oder des Imperativs in direkter. — *se coram,* die Anastrophe nur in den Annalen.

legatione ea fungeretur peteretque militibus missionem ab sedecim annis: cetera mandaturos, ubi prima provenissent. profecto iuvene modicum otium: sed superbire miles, quod filius legati orator publicae causae satis ostenderet necessitate expressa quae per modestiam non obtinuissent.

20. Interea manipuli ante coeptam seditionem Nauportum missi ob itinera et pontes et alios usus, postquam turbatum in castris accepere, vexilla convellunt direptisque proximis vicis ipsoque Nauporto, quod municipii instar erat, retinentis centuriones inrisu et contumeliis, postremo verberibus insectantur, praecipua in Aufidienum Rufum praefectum castrorum ira, quem dereptum vehiculo sarcinis gravant aguntque primo in agmine, per ludibrium rogitantes an tam immensa onera, tam longa itinera libenter ferret. quippe Rufus diu manipularis, dein centurio, mox castris praefectus, antiquam duramque militiam revocabat, vetus operis ac laboris et eo inmitior, quia toleraverat.

---

11. *legatione ea,* dieselbe Wortstellung K. 28. 72 u. ö. in den Annalen; dagegen Agr. 9 *in ea legatione.* — *ab* bezeichnet den Termin, von welchem an gerechnet die Dienstentlassung eintreten solle: nach Verlauf von.

12. *provenire* bei T. öfter in der Bedeutung gut auslaufen, gelingen; IV, 12; XIV, 25; hist. II, 20; IV, 34.

14. *orator* ist in gleicher Weise aufzufassen, wie das Part. Perf. Pass. K. 16 *quod mutatus princeps ... ostendebat.* Wir umschreiben: der Umstand, dafs .. Unterhändler war.

20, 1. *Nauportus* an der Stelle von Ober-Laibach in Krain.

2. *ob itinera:* um Heerstrafsen herzustellen. — *turbare* = *turbas concitare* auch III, 47; hist. I, 7 u. 85.

4. *ipso* zur besondern Hervorhebung von N., weil die Zerstörung eines Municipiums, wo röm. Bürger wohnten, als besondere Unthat erschien.

7. *deripere* scheint hier, wie bei Dichtern, mit dem blofsen Abl. zu stehen; sonst auch Dativ (XIII, 57 *tegmina corpori derepta*).

9. *manipularis* der gemeine Soldat gegenüber dem *centurio* und überhaupt den Vorgesetzten der Legion; *gregarius* (16. 22) gegenüber den Vorstehern des ganzen Heeres; *legionarius* im Gegensatze zu den Bundesgenossen (*auxiliares* und *cohortes civium Romanorum*).

10. *duramque* erklärt *antiquam.*

11. *vetus* c. gen., wie VI, 12. 44 u. ö., zur Bezeichnung der durch lange Übung in einer Sache gewonnenen Erfahrung; vgl. die Verbindung *veterem expertumque belli* hist. IV, 76.

21. Horum adventu redintegratur seditio, et vagi circumiecta populabantur. Blaesus paucos, maxime praeda onustos, ad terrorem ceterorum adfici verberibus, claudi carcere iubet; nam etiam tum legato a centurionibus et optimo quoque manipularium parebatur. illi obniti trahentibus, prensare circumstantium genua, ciere modo nomina singulorum, modo centuriam quisque cuius manipularis erat, cohortem, legionem, eadem omnibus inminere clamitantes. simul probra in legatum cumulant, caelum ac deos obtestantur, nihil reliqui faciunt quo minus invidiam misericordiam metum et iras permoverent. adcurritur ab universis, et carcere effracto solvunt vincula desertoresque ac rerum capitalium damnatos sibi iam miscent.

22. Flagrantior inde vis, plures seditioni duces. et Vibulenus quidam gregarius miles, ante tribunal Blaesi adlevatus circumstantium umeris, apud turbatos et quid pararet intentos „vos quidem“ inquit „his innocentibus et miserrimis lucem et spiritum reddidistis: sed quis fratri meo vitam, quis fratrem mihi reddit? quem missum ad vos a Germanico exercitu de

---

21, 4. *nam* zur Erklärung von *iubet;* man kann ergänzen: und er konnte so handeln; denn —. — *etiam tum:* damals noch, trotz der schon argen Verwirrung; später gewannen die Aufrührer völlig die Oberhand. — *centurionibus,* welche die Züchtigungen mit einer Weinrebe vollzogen K. 23.

6. *ciere* in der Bedeutung anrufen, zu Hülfe rufen, aufbieten, in Prosa erst bei Liv. (XXII, 14); vgl. II, 81 *singulos nomine ciens.* — *centuriam,* deren zwei zu einer Manipel gehörten. Drei Manipel bildeten eine Kohorte, zehn Kohorten eine Legion.

8. *cumulare in* auch II, 82; XIII, 2. Sonst *cum. aliquem aliqua re.*

9. *quo minus* bei T. öfter statt des regelmäfsigen *quin* (Schultz 353 A. 1).

22. *legatos* wegen der Verbindung mit *centuriones* und *tribunos* von den Befehlshabern der Legion zu verstehen. Auch sie sahen sich, wie Germanicus, im Lager eingeschlossen.

23. *animam* (wie K. 17 Leben) *trahere* von bedrängter Lage; vgl.

43. Cur enim primo contionis die ferrum illud, quod pectori meo infigere parabam, detraxistis, o inprovidi amici? melius et amantius ille qui gladium offerebat. cecidissem certe nondum tot flagitiorum exercitui meo conscius; legissetis ducem, qui meam quidem mortem inpunitam sineret, Vari tamen et trium legionum ulcisceretur. neque enim di sinant ut Belgarum quamquam offerentium decus istud et claritudo sit, subvenisse Romano nomini, compressisse Germaniae populos. tua, dive Auguste, caelo recepta mens, tua, pater Druse, imago, tui memoria isdem istis cum militibus, quos iam pudor et gloria intrat, eluant hanc maculam irasque civiles in exitium hostibus vertant. vosque, quorum alia nunc ora, alia pectora contueor, si legatos senatui, obsequium imperatori, si mihi coniugem et filium redditis, discedite a contactu ac dividite turbidos: id stabile ad paenitentiam, id fidei vinculum erit.“

44. Supplices ad haec et vera exprobrari fatentes orabant

Liv. III, 6, 8 *exigua in spe trahebat animam.*

43, 1. *cur enim* brachylogisch, wie öfter in Dialogen und Reden. Wir ergänzen: Natürlich (so mufste es kommen).

3. *ille* sc. fecit.

4. *exercitui conscius:* mit dem Heere das Schuldbewufstsein teilen. Der Feldherr wird von dem Frevel der Soldaten in Mitleidenschaft gezogen; handelte es sich nur um ein Mitwissen, so würde die Sache nicht im Genetiv stehen, sondern mit *de* oder *in* eingeführt sein.

6. *neque* im Wunschsatze, weder zum Anschlufs an einen gleichartigen Konjunktiv wie Cic. Planc. 6, 15 *cedat nec contendat,* noch mit voraufgehendem Finalsatze, findet sich besonders seit Livius (V, 53 *nec mirati sitis;* XXI, 43 *nec existimaritis*). — *sinere* mit *ut* nach dem Vorgange von Dichtern (Schultz 385 A. 4).

7. *offerentium,* was zu ergänzen? — *claritudo* K. 28.

9. *imago* verstärkt durch *memoria,* da das Bild einer Person durch die Erinnerung an ihr Sein und Wirken gleichsam wieder Leben gewinnt.

10. *pudor et gloria* (K. 8): Scham- und Ehrgefühl.

11. *hanc:* die sie jetzt auf sich geladen. — *civiles:* unter Mitbürgern. — *iras* (der Plur. eines Abstraktums der Gemütsbewegung, wie K. 55. II, 13) *vertere* auch hist. II, 13.

12. *alia* = mutata.

13. *legatos* durch Sühne ihrer Verletzung. — *coniugem et filium redditis,* durch ein Verhalten, welches sie zu entfernen keinen Anlafs bietet.

14. *contactus* = contagio (seditiosi milites).

15. *stabile ad:* ‚fester Boden für‘.

44, 1. *exprobrari* der Inf. Präs. Pass., wie hist. II, 13 *pecuniam occultari .. credidissent;* anders II, 29 *spolia occultare clamitantes.*

puniret noxios, ignosceret lapsis et duceret in hostem: revocaretur coniunx, rediret legionum alumnus neve obses Gallis traderetur. reditum Agrippinae excusavit ob inminentem partum et hiemem; venturum filium: cetera ipsi exsequerentur. discurrunt mutati et seditiosissimum quemque vinctos trahunt ad legatum legionis primae C. Caetronium, qui iudicium et poenas de singulis in hunc modum exercuit. stabant pro contione legiones destrictis gladiis; reus in suggestu per tribunum ostendebatur: si nocentem adclamaverant, praeceps datus trucidabatur. et gaudebat caedibus miles, tamquam semet absolveret; nec Caesar arcebat, quando nullo ipsius iussu penes eosdem saevitia facti et invidia erat. secuti exemplum veterani haud multo post in Raetiam mittuntur, specie defendendae provinciae ob imminentis Suebos, ceterum ut avellerentur castris trucibus adhuc non minus asperitate remedii quam sceleris memoria. centurionatum inde egit. citatus ab imperatore

---

2. *et* schliefst den als ein Ganzes zusammenzufassenden Gliedern *puniret ignosceret* ein weiteres Hauptmoment an: und dann (K. 25); vgl. K. 3 *et victoriae socium*.

4. *excusare* in der seltenen Bedeutung: eine Sache, die nicht eintreten wird, entschuldigen, sie ablehnen. Vgl. Agr. 42 *operam in adprobanda excusatione offerre*.

6. *vinctos*, der Plural bei dem kollektiven *quisque* besonders den Historikern geläufig (Schultz 241 A. 4).

7. *iudicium exercere* wie Cic. p. Arch. 12, 32. Zu *iudicium* wird der verwandte Begriff *poenas* hinzugefügt; sonst ist *poenas exercere* dichterisch (Verg. A. VI, 543).

8. *pro contione* kann hier nur heifsen: als Versammlung, da die *legiones* eben die *contio* bildeten. Sonst: vor der V. (z. B. reden); dagegen wird nach Art einer V. gewöhnlich ausgedrückt durch *contionis modo* (Liv. XXII, 7, 7).

10. *nocentem adclamaverant* vgl. Liv. XXXIV, 50 *cunctis servatorem liberatoremque adclamantibus*.

12. *quando* (ohne *quidem*) kausal; vgl. zu Germ. 33.

13. *invidia* ‚Gehässigkeit‘.

14. *Raetiam* im weitern Sinne (mit Einschlufs von Vindelicia), eine von Tiberius und Drusus 15 v. Chr. unterworfene Donauprovinz. Sie grenzte im Norden an suebisches Gebiet nach Tac. Germ. 41.

15. *ceterum* K. 10. — *castris* (wie Agr. 12 *saxis*) Dativ. Vgl. Plin. XVII, 10 *Euboea avolsa Boeotiae*.

16. *adhuc* lehnt sich an *trucibus*; ebenso, wenn das Adjektiv, wie es bei T. sonst Regel ist, an erster Stelle steht, wie II, 84 *recenti adhuc maestitia*.

17. *centurionatus* nur hier in der Bedeutung Centurionenwahl. Die frühern Centurionen waren vertrieben oder gar getötet. K. 32. — *citatus*

nomen, ordinem, patriam, numerum stipendiorum, quae strenue in proeliis fecisset, et cui erant dona militaria, edebat. si tribuni, si legio industriam innocentiamque adprobaverant, retinebat ordinem: ubi avaritiam aut crudelitatem consensu obiectavissent, solvebatur militia.

45. Sic compositis praesentibus haud minor moles supererat ob ferociam quintae et unetvicensimae legionum, sexagensimum apud lapidem (loco Vetera nomen est) hibernantium. nam primi seditionem coeptaverant: atrocissimum quodque facinus horum manibus patratum; nec poena commilitonum exterriti nec paenitentia conversi iras retinebant. igitur Caesar arma classem socios demittere Rheno parat, si imperium detrectetur, bello certaturus.

46. At Romae nondum cognito, qui fuisset exitus in Illyrico, et legionum Germanicarum motu audito, trepida civitas incusare Tiberium quod, dum patres et plebem, invalida et

---

sc. centurio, welches aus *centurionatus* zu entnehmen.

18. *ordinem:* Heeresabteilung, Kompagnie.

20. *innocentia* im Gegensatze zu *avaritia* ist Enthaltsamkeit. Vgl. Agr. 16 *innocens Bolanus .. caritatem paraverat.* — *retinebat ordinem* zeigt, daſs die früheren Centurionen bei der Ernennung zunächst berücksichtigt wurden.

21. *ubi* mit dem bei Historikern gebräuchlichen Konjunktiv der Wiederholung (vgl. Agr. 9) neben dem bei *si* regelrechten Indikativ.

45, 1. *moles:* eine schwere Arbeit. Vgl. Verg. Aen. I, 33 tantae molis erat Romanam condere gentem.

2. *sexagensimum apud lapidem* vom Hauptquartier des Germanicus zu Köln.

3. *Vetera* ist Substantiv, da Tac. nur ein solches bei *nomen est* ganz gewöhnlich in den Nominativ setzt (vgl. K. 31 *superiori*). Der Name des Ortes hat sich erhalten in *Birten* (Betera, Beurtina), wo Augustus teils in der Ebene, teils am Südabhange des Fürstenberges (hist. IV, 23) ein Lager für 2 Legionen anlegte; später, vielleicht erst unter Trajan, wurde das nur noch für eine Legion bestimmte Lager an die Stelle des heutigen Xanten (colonia Traiana) verlegt.

4. *primi* vgl. K. 31.

6. *paenitentia conversi:* durch Reue umgewandelt, reuig gestimmt.

7. *arma* (K. 7) in dieser Verbindung die Legionen. — *classem* sc. Germanicam (hist. I, 58) die von Drusus, dem Vater des Germanicus, errichtete Rheinflotte. — *si .. certaturus* K. 17.

46, 3. *invalida et inermia* subst. Adj. neutr. als Apposition zu lebenden Wesen gewöhnlich in verächtlichem Sinne. Wir fügen ein entsprechendes Subst. hinzu, meistens Ding, hier

inermia, cunctatione ficta ludificetur, dissideat interim miles neque duorum adulescentium nondum adulta auctoritate comprimi queat. ire ipsum et opponere maiestatem imperatoriam debuisse cessuris, ubi principem longa experientia eundemque severitatis et munificentiae summum vidissent. an Augustum fessa aetate totiens in Germanias commeare potuisse: Tiberium vigentem annis sedere in senatu, verba patrum cavillantem? satis prospectum urbanae servituti: militaribus animis adhibenda fomenta, ut ferre pacem velint.

47. Inmotum adversus eos sermones fixumque Tiberio fuit non omittere caput rerum neque se remque publicam in casum dare. multa quippe et diversa angebant: validior per Germaniam exercitus, propior apud Pannoniam; ille Galliarum opibus subnixus, hic Italiae inminens: quos igitur anteferret? ac ne postpositi contumelia incenderentur. at per filios pariter adiri maiestate salva, cui maior e longinquo reverentia. simul adulescentibus excusatum quaedam ad patrem reicere, resistentisque Germanico aut Druso posse a se mitigari vel infringi: quod aliud subsidium, si imperatorem sprevissent? ceterum ut iam

---

etwa Haufen oder Teile des Staatskörpers (vgl. K. 7 *senatus miles populus*).

4. *cunctatione ficta ludificetur* vgl. K. 11. — *dissidere* wie K. 16 *discordare* von Meutereien.

7. *ubi* beim Part. Fut. Akt., wie K. 17 *si*.

8. *summum*, dem die höchste Entscheidung über etwas zusteht.

9. *fessa aetate* bei Tac. öfter (III, 59; XIV, 53; XV, 38) statt *fessus aetate:* ‚alterschwach‘.

12. *pacem*, der keine Beute einbrachte (vgl. K. 17 *sterilem pacem*) und leicht zu Ausgelassenheiten führte.

47, 1. *inmotum .. fixumque* wie Verg. A. IV, 15 si mihi non animo *fixum inmotumque* sederet.

2. *caput rerum:* Rom. — *in casum dare* = fortunae committere.

3. *quippe* nachgestellt, wie Agr. 3 u. ö. — *per .. apud* Vorliebe für Abwechslung.

5. *quos* st. utros, einzeln schon bei Cicero und Cäsar (b. g. V, 44 *qui anteferretur*). — *ac* dient zur nachdrücklichen Einführung eines neuen Momentes der Furcht. Man kann ergänzen: *ac* si alterutrum praeferret, angebat eum metus, *ne*.

7. *cui .. reverentia* relat. Nebensatz einer or. obl. ohne *esset,* wie IV, 39 *quod pulcherrimum, adeptum.* 43 *agrum, in quo id delubrum, cessisse.* XV, 55 *quae vacuae, eas publicas esse.*

8. *excusatum:* gerechtfertigt. Vgl. III, 68 *quo excusatius acciperentur.*

10. *ut* mit dem Part. Fut., wie ὡς, findet sich erst seit Livius.

iamque iturus legit comites, conquisivit impedimenta, adornavit naves: mox hiemem aut negotia varie causatus primo prudentes, dein vulgum, diutissime provincias fefellit.

48. At Germanicus, quamquam contracto exercitu et parata in defectores ultione, dandum adhuc spatium ratus, si recenti exemplo sibi ipsi consulerent, praemittit literas ad Caecinam, venire se valida manu ac, ni supplicium in malos praesumant, usurum promisca caede. eas Caecina aquiliferis signiferisque et quod maxime castrorum sincerum erat occulte recitat, utque cunctos infamiae, se ipsos morti eximant hortatur: nam in pace causas et merita spectari: ubi bellum ingruat, innocentes ac noxios iuxta cadere. illi temptatis quos idoneos rebantur, postquam maiorem legionum partem in officio vident, de sententia legati statuunt tempus, quo foedissimum quemque et seditioni promptum ferro invadant. tunc signo inter se dato inrumpunt contubernia, trucidant ignaros, nullo nisi consciis noscente quod caedis initium, quis finis.

49. Diversa omnium, quae umquam accidere, civilium armorum facies. non proelio, non adversis e castris, sed isdem

---

11. *impedimenta* besonders Wagen und Pferde.

13. *vulgum* eine von Tac. mehrmals gebrauchte Nebenform (von Ritter und Heraeus als Fehler der Abschreiber angesehen).

48, 2. *adhuc:* ‚noch ferner'. — *si:* ‚in der Erwartung, ob' (Schultz 203 A. 2). — *recenti exemplo* der 1. und 20. Legion. K. 44.

3. *Caecina* scheint von der *civitas Ubiorum,* wohin er nach K. 37 die 1. und 20. Legion geführt hatte, wohl bei der Ankunft des Germanicus nach *Vetera* gegangen zu sein.

4. *praesumere* nicht in klass. Prosa, während *sumere supplicium* ganz gewöhnlich ist.

7. *eximere* bei Tac. in der Regel mit dem Dativ statt *ex* oder *de* c. abl. (bei Livius auch bloſser Ablativ); vgl. K. 64; III, 18 *ignominiae,* 32 *sententiae.*

8. *causas* sc. facinorum.

9. *iuxta* erklärt sich aus dem voraufgehenden *promisca caede;* vgl. Agr. 22.

10. *postquam* mit dem hist. Präs. besonders von *videre,* wie XIV, 60; hist. IV, 57 (auch Cic. Verr. II, 38) und *intellegere.*

12. *invadere* und *inrumpere* in der eigentlichen Bedeutung einbrechen in etwas bei T. regelmäſsig mit bloſsem Acc.

14. *noscente:* ‚erfuhr'. — *quis* (adj.) *finis* wie hist. I, 4 *quis habitus,* III, 56 *quis ordo.*

49, 1. *accidere* Perfekt.

2. *armorum facies* vgl. Agr. 6 *pugnae facies.*

e cubilibus, quos simul vescentis dies, simul quietos nox habuerat, discedunt in partes, ingerunt tela. clamor vulnera sanguis palam, causa in occulto; cetera fors regit. et quidam bonorum caesi, postquam intellecto in quos saeviretur, pessimi quoque arma rapuerant. neque legatus aut tribunus moderator adfuit: permissa vulgo licentia atque ultio et satietas. mox ingressus castra Germanicus, non medicinam illud plurimis cum lacrimis sed cladem appellans, cremari corpora iubet.

Truces etiam tum animos cupido involat eundi in hostem, piaculum furoris; nec aliter posse placari commilitonum manes, quam si pectoribus impiis honesta vulnera accepissent. sequitur ardorem militum Caesar iunctoque ponte tramittit duodecim milia e legionibus, sex et viginti socias cohortis, octo equitum alas, quarum ea seditione intemerata modestia fuit.

50. Laeti neque procul Germani agitabant, dum iustitio ob amissum Augustum, post discordiis attinemur. at Romanus

---

3. *simul — simul* bei einfachem Kasus (XIV, 40. Agr. 25. 36. 41), dagegen bei Präpositionalausdrücken *simul et* (Agr. 6. 35).

4. *discedunt in partes* paſst nur zu *isdem e cubilibus;* zu *proelio* und *adversis e castris* ergänze man den weiteren Begriff: sich gegenübertreten.

5. *palam* .. *in occulto* Wechsel zwischen Adverb und präpositionalem Ausdruck, wie XII, 13 palam .. per occulta.

7. *rapuerant* = raptim ceperant; II, 19 und hist. I, 38 *rapta statim arma.*

9. *illud* mit Vernachlässigung der Attraktion, wie Agr. 23 *idque humanitas vocabatur;* 43 *cura illud erat* u. ö.

11. *involare* bei *cupido* ungewöhnlich, mit dem Acc. nach dem Vorgange von Dichtern auch hist. IV, 33 *castra involare.*

12. *piaculum* nominale Apposition im Nominativ, welche ein Urteil über das Sein oder Thun des Subjekts enthält. Sie findet sich auch vorangestellt oder als Parenthese, wie II, 17 *interea pulcherrimum augurium octo aquilae petere silvas et intrare visae.* — *nec* wie K. 30.

13. *honesta,* weil auf der Brust, also im tapfern Kampfe und nicht auf der Flucht, empfangen.

14. *iuncto ponte* (wie hist. III, 6) technischer Ausdruck für Errichtung einer Schiffbrücke.

15. *e legionibus* aus den 4 Legionen von Nieder-Germanien.

16. *quarum* bezieht sich nicht bloſs auf *alas,* sondern auch auf *cohortis,* da auch diese sich an der Meuterei nicht beteiligt hatten.

50, 1. *agitare* in der Bedeutung von *degere, esse, versari* auch bei Livius. — *iustitio* K. 16.

2. *attinemur* sc. a bello; vgl. XIII, 37 *defectione adtineri* und 50 *impetum adtinuere* (cohibuerunt).

agmine propero silvam Caesiam limitemque a Tiberio coeptum scindit, castra in limite locat, frontem ac tergum vallo, latera concaedibus munitus. inde saltus obscuros permeat consultatque ex duobus itineribus breve et solitum sequatur an inpeditius et intemptatum eoque hostibus incautum. delecta longiore via cetera adcelerantur: etenim attulerant exploratores festam eam Germanis noctem ac sollemnibus epulis ludicram. Caecina cum expeditis cohortibus praeire et obstantia silvarum amoliri iubetur: legiones modico intervallo sequuntur. iuvit nox sideribus inlustris, ventumque ad vicos Marsorum et circumdatae stationes stratis etiam tum per cubilia propterque mensas, nullo metu, non antepositis vigiliis: adeo cuncta in-

3. *silva Caesia* nördlich von der unteren Lippe (Häserwald), an der eine römische Militärstraſse in das Gebiet der oft bekriegten Völkerschaften Nieder-Germaniens hinaufführte. Die Spuren einer solchen Straſse finden sich von dem auf der rechten Rheinseite Xanten gegenüberliegenden Bislich nach Schermbeck und von da die Lippe hinauf über Haltern, Lünen, Dolberg. Bei diesen Orten wurden auch sogenannte Marsch- oder Etappenlager aufgefunden. — *limes,* die von Tiberius angelegte (*coeptus*) Grenzwehr sollte zur Sicherung des nächsten Landstrichs am rechten Rheinufer dienen. Spuren eines solchen Walles finden sich am ganzen Niederrhein und zwar in dem hier zunächst in Betracht kommenden Gebiete von Schermbeck über Ringenberg nach Isselburg (ungefähr die Grenze zwischen Westfalen und Rheinland).

4. *scindit* entspricht unserem schneiden in der Bedeutung quer hindurch oder hinüber ziehen; vgl. K. 65 *scindit agmen;* Germ. 43 *scindit Suebiam.* Daſs er, wie andere meinen, den Wall für die Reiterei und die Bagage durchstochen habe, ist nicht wahrscheinlich, da dieser an dem Schneidepunkt der Militärstraſsen ohne Zweifel passierbar war. — *in limite,* so daſs das Lager zum Teil auf dem Grenzwall sich befand.

5. *munitus* mit dem Acc. der Beziehung, wie II, 13 *contectus umeros;* 15 *pars onusta volneribus tergum* u. a. — *saltus* wohl die Waldhügel im südwestlichen Münsterlande (die hohe Mark).

7. *incautum* passivisch = *non custoditum,* wie schon Liv. XXV, 38 *quod neglexeris, incautum atque apertum habeas.*

9. *noctem,* wie denn überhaupt heilige Nächte bei den Germanen gefeiert wurden.

10. *obstantia silvarum* vgl. K. 9 *alia honorum.*

12. *vicos* nach Germ. 16 eine Gruppe einzeln stehender Häuser. — *Marsorum* an der mittleren Lippe.

13. *stratis* kann als Abl. abs. eine Zeitbestimmung zu *ventum* enthalten, ist aber wohl Dativ zu *circumdatae.*

14. *mensae* = epulae. — *antepositis* (st. *dispositis,* wie XII, 56 *antep. propugnaculis*) *vigiliis* Abl. abs.,

curia disiecta erant neque belli timor, ac ne pax quidem nisi languida et soluta inter temulentos.

51. Caesar avidas legiones, quo latior populatio foret, quattuor in cuneos dispertit; quinquaginta milium spatium ferro flammisque pervastat. non sexus, non aetas miserationem attulit: profana simul et sacra et celeberrimum illis gentibus templum quod Tamfanae vocabant solo aequantur. sine vulnere milites, qui semisomnos, inermos aut palantis ceciderant. excivit ea caedes Bructeros, Tubantes, Usipetes; saltusque per quos exercitui regressus insedere. quod gnarum duci incessitque itineri et proelio. pars equitum et auxiliariae cohortes ducebant, mox prima legio, et mediis impedimentis sinistrum latus unetvicensimani, dextrum quintani clausere, vicensima legio terga firmavit, post ceteri sociorum. sed hostes, donec agmen per saltus porrigeretur, immoti, dein latera et frontem modice adsultantes, tota vi novissimos incurrere. turbabanturque densis Germanorum catervis leves cohortes, cum Caesar advectus ad vicen-

---

welcher neben *per cubicula* einen besondern Umstand ihres damaligen Verhaltens bezeichnet.

16. *inter* mit einem konkreten Begriff zur Bezeichnung einer Lage oder eines Umstandes, statt eines adverbiellen Nebensatzes, wie Agr. 32 *inter male parentes* = cum m. pareant.

51, 1. *avidas* erklärt sich aus K. 49 *animos cupido involat eundi in hostem.*

2. *ferro flammisque* st. des gew. *ferro ignique;* auch b. Alex. 60 und Liv. XXXV, 11 *ferro flammaque;* Cic. prov. cons. 10 *flamma ac ferro.*

3. *attulit:* e r r e g t e; vgl. hist. I, 7 *invidiam adferebant;* 39 *haesitationem attulit:* ‚veranlaſste Bedenken‘.

4. *templum* ist, wie Germ. 40, von einem heiligen Hain mit Altar zu verstehen, da die Germanen eigentliche Tempel nicht hatten (ib. K. 9). Der Hain führte den Namen der Gottheit (IV, 73 lucum, quem Baduhennae vocant). *Tamfana,* welche man in einem altdeutschen Liede als *Zanfana* wiedergefunden zu haben glaubt, hat bis jetzt nicht sicher gedeutet werden können.

7. *Bructeri Tubantes Usipetes* (gew. *Usipi*) wohnten von der Ems bis zum Rhein im Norden und Westen der Marsen.

8. *insedere,* das Subjekt ergänzt sich leicht aus dem Zusammenhange. — *incessit* mit finalem Dativ. Sinn: ‚in Schlachtordnung marschieren‘.

10. *mediis impedimentis,* wie ist der Abl. abs. aufzulösen?

11. *claudere* einzeln auch vom schützenden Abschluſs der Seiten.

12. *per saltus porrigi:* sich der Ausdehnung nach, d. h. ganz in den Bergwaldungen befinden.

13. *adsultare* nur hier c. acc., dagegen II, 13 und Agr. 26 c. dat.

14. *incurrere* c. acc. auch II, 17: ebenso *incursare* Agr. 36 u. ö.

simanos voce magna hoc illud tempus obliterandae seditionis clamitabat: pergerent, properarent culpam in decus vertere. exarsere animis unoque impetu perruptum hostem redigunt in aperta caeduntque: simul primi agminis copiae evasere silvas castraque communivere. quietum inde iter, fidensque recentibus ac priorum oblitus miles in hibernis locatur.

52. Nuntiata ea Tiberium laetitia curaque adfecere: gaudebat oppressam seditionem, sed quod largiendis pecuniis et missione festinata favorem militum quaesivisset, bellica quoque Germanici gloria angebatur. rettulit tamen ad senatum de rebus gestis multaque de virtute eius memoravit, magis in speciem verbis adornata quam ut penitus sentire crederetur. paucioribus Drusum et finem Illyrici motus laudavit, sed intentior et fida oratione. cunctaque quae Germanicus indulserat, servavit etiam apud Pannonicos exercitus.

53. Eodem anno Iulia supremum diem obiit, ob impudicitiam olim a patre Augusto Pandateria insula, mox oppido Reginorum, qui Siculum fretum accolunt, clausa. fuerat in matrimonio Tiberii florentibus Gaio et Lucio Caesaribus spreveratque ut inparem; nec alia tam intima Tiberio causa cur

---

17. *pergere* mit einem Infinitiv: beharrlich etwas verfolgen, sich anstrengen oder beeifern; XI, 4 *pergit addere:* er beeilt sich hinzuzufügen. Der Begriff wird hier durch das hinzugefügte *properarent* noch verstärkt.

19. *evadere* in der Bedeutung über etwas hinauskommen mit dem Acc., wie III, 14; V, 10; Agr. 33 und 44.

52, 2. *quod .. quaesivisset* neben *gloria.* Bei derartigen Verbindungen geht sonst in der Regel das Subst. voran; vgl. K. 15 *pecunia utque .. uterentur.*

3. *festinare* K. 6. *quaesivisset* hat dasselbe Subjekt mit *angebatur,* da die *largitio* und *missio* im Namen des Tiberius (K. 36 *nomine principis*) verfügt worden war.

7. *intentior* (inniger, mit mehr Wärme) entspricht dem *penitus sentire,* während *fida oratione* dem *in speciem verbis adornata* gegenübersteht.

8. *indulgere* c. acc. in der Bedeutung bewilligen auch II, 38; XI, 20.

C. Besondere Vorgänge im Kaiserhause während des J. 14 n. Chr.

Kap. 53. Tod der Julia und des Sempr. Gracchus.

2. *Pandateria* im tyrrhenischen Meere, gegenüber Cumae.

3. *qui Siculum fretum accolunt* hinzugefügt, um die Stadt von *Regium Lepidi* (Reggio) in Gallia cispadana zu unterscheiden.

4. *Tiberii* nach seiner Scheidung von Vipsania. K. 12.

5. *inparem:* nicht ebenbürtig, welchen Vorwand sie davon hernahm, dafs sie die Tochter des Kaisers war

Rhodum abscederet. imperium adeptus extorrem, infamem et post interfectum Postumum Agrippam omnis spei egenam inopia ac tabe longa peremit, obscuram fore necem longinquitate exilii ratus. par causa saevitiae in Sempronium Gracchum, qui familia nobili, sollers ingenio et prave facundus, eandem Iuliam in matrimonio Marci Agrippae temeraverat. nec is libidini finis: traditam Tiberio pervicax adulter contumacia et odiis in maritum accendebat; literaeque quas Iulia patri Augusto cum insectatione Tiberii scripsit a Graccho compositae credebantur. igitur amotus Cercinam, Africi maris insulam, quattuordecim annis exilium toleravit. tunc milites ad caedem missi invenere in prominenti litoris, nihil laetum opperientem. quorum adventu breve tempus petivit, ut suprema mandata uxori Alliariae per literas daret, cervicemque percussoribus obtulit, constantia mortis haud indignus Sempronio nomine: vita degeneraverat. quidam non Roma eos milites, sed ab L. Asprenate

---

und ihre damals noch lebenden Söhne die Anwartschaft auf den Thron hatten.

6. *et* zu K. 25.

7. *omnis spei,* dafs ein anderer Kronprätendent dem Tiberius entgegentreten werde.

8. *longinquitate exilii* seit 2 v. Chr.

9. *Sempr. Gracchus* ein tragischer Dichter.

10. *familia nobili,* an den Abl. qual. schliefst sich asyndetisch ein aus zwei durch *et* verbundenen Adjektiven bestehendes Glied an, wie hist. II, 59 *genere illustri, largus animo et par opibus.* — *sollers ingenio:* ein gescheiter Kopf. — *prave* wegen der schlimmen Einwirkung auf Julia.

11. *temerare* zunächst bei Dichtern = adulterare.

12. *traditam* von Augustus.

13. *in maritum accendebat;* vgl. III, 4 *studia hominum accensa in Agrippinam.* Der Abl. *contumacia et odiis* zu erklären: ‚dadurch dafs er Trotz und Hafs erregte'.

15. *Africi maris* und zwar im nördlichen Teile der unter dem Namen der kleinen Syrte bekannten Bucht.

16. *annis* der Abl. zuweilen zur Angabe einer Zeitdauer, wo wir während gebrauchen (Schultz 258 A. 3).

17. *in prominenti litoris* wie IV, 74 *in proximo Campaniae.* Der substantivierte Singular eines neutralen Adjektivs abhängig von einer Präposition findet sich einzeln erst seit Livius (XXI, 33 *in inmensum altitudinis*). Schultz 274 II. A. 4. — *nihil laetum* von *n. laeti* zu unterscheiden (Schultz 274 II. A. 3).

19. *cervicem obtulit* vgl. XV, 67 *protendere cervicem.* Bei Cic. der Plural, wie Rosc. Am. 11, 30 *cervices dare.*

20. *Sempronio,* man denke an Tib. und Gaius Sempr. Gracchus.

21. *L.* Nonius *Asprenas* früher

pro consule Africae missos tradidere auctore Tiberio, qui famam caedis posse in Asprenatem verti frustra speraverat.

54. Idem annus novas caerimonias accepit addito sodalium Augustalium sacerdotio, ut quondam Titus Tatius retinendis Sabinorum sacris sodales Titios instituerat. sorte ducti e primoribus civitatis unus et viginti: Tiberius Drususque et Claudius et Germanicus adiciuntur. ludos Augustales tunc primum coeptos turbavit discordia ex certamine histrionum. indulserat ei ludicro Augustus, dum Maecenati obtemperat effuso in amorem Bathylli; neque ipse abhorrebat talibus studiis, et civile rebatur misceri voluptatibus vulgi. alia Tiberio morum via: sed populum per tot annos molliter habitum nondum audebat ad duriora vertere.

55. Druso Caesare C. Norbano consulibus decernitur Germanico triumphus manente bello; quod quamquam in aestatem

---

Legat unter Varus, bei dessen Niederlage er sich rettete.

23. *speraverat* der Ind. in einer vom Schriftsteller hinzugefügten thatsächlichen Behauptung.

Kap. 54. Sodales und ludi Augustales.

2. *Titus Tatius* nach der Sage König der Sabiner oder heros eponymos der tribus Tities, welche auch nach ihrer Vereinigung mit den Ramnes einstweilen ihren besondern Kult festhielt und zu dem Zwecke das Priesterkollegium der *Titii* hatte.

3. *instituere* mit finalem Dativ, wie K. 26 *venire*. Diese auch bei vielen andern Verben vorkommende Konstr. ist nachklassisch.

5. *Claudius* der Bruder des *Germanicus*. — *adiciuntur* als überzählige Mitglieder, wie sie in der Kaiserzeit überhaupt den Priesterkollegien nicht selten beigegeben wurden. — *ludos Aug.* vgl. K. 15.

7. *ludicrum:* Schauspiel im allgemeinen, hier insbesondere der Pantomimus oder die Darstellung einer Rolle oder auch eines ganzen Stückes durch Tanz und Gebärdenspiel ohne Worte. Diese Kunst wurde ausgebildet durch Bathyllus für komische, durch Pylades für tragische Gegenstände. — *dum* kausal (indem).

8. *abhorrere* entweder wie bei den Klassikern mit *a* (XIII, 12 *ab Octavia;* 47 *a crimine*) oder mit dem bloſsen Abl. (XIV, 21 *oblectamentis*), wenn man die immerhin zweifelhaften Formen nicht etwa als Dativ zu fassen hat (vgl. Liv. II, 14, 1 *huic profectioni abhorrens*).

9. *civile* vgl. K. 33.

10. *habere* mit einem Adverbium oder einem adverbialen Ablativ in der Bedeutung behandeln öfter bei T. und andern nachklass. Historikern.

2. Ereignisse des Jahres 15 n. Chr. Kap. 55—81.

A. in Germanien. Kap. 55—71.

55, 2. *manente bello* wurde sonst kein Triumph bewilligt, sondern nur *debellato* (Liv. XXVI, 21).

summa ope parabat, initio veris et repentino in Chattos excurs praecepit. nam spes incesserat dissidere hostem in Arminiu ac Segestem, insignem utrumque perfidia in nos aut fide. Arminius turbator Germaniae, Segestes parari rebellionem saep alias et supremo convivio, post quod in arma itum, aperu suasitque Varo ut se et Arminium et ceteros proceres vinciret nihil ausuram plebem principibus amotis, atque ipsi temp fore, quo crimina et innoxios discerneret. sed Varus fato e vi Armini cecidit: Segestes quamquam consensu gentis in bel lum tractus discors manebat, auctis privatim odiis, quod Armi nius filiam eius alii pactam rapuerat: gener invisus, inimic soceri, quaeque apud concordes vincula caritatis, incitamenta irarum apud infensos erant.

56. Igitur Germanicus quattuor legiones, quinque auxiliarium milia et tumultuarias catervas Germanorum cis Rhenum colentium Caecinae tradit; totidem legiones, duplicem sociorum

---

3. *et* wie K. 29. — *Chattos* in Hessen-Nassau.

4. *praecipere:* früher, als beabsichtigt, anfangen. — *spes* und *sperare* mit einem Inf. Präs. einzeln zur Bezeichnung eines wohl schon in der Verwirklichung begriffenen Umstandes. Vgl. Schultz 387 A. 2. — *dissidere* wie *distribuere, dividere, partiri* mit *in* zur Bezeichnung der Person, der bei einer Teilung etwas zufällt.

5. *insignis* im guten wie im schlechten Sinne. Die in Bezug auf *utrumque* noch zweifelhafte Bedeutung wird erst durch *aut* differenziert. Wir schliefsen die gegensätzlichen Bestimmungen an durch: der eine — der andere.

6. *Segestes* ohne Adversativpartikel zur Verschärfung des Gegensatzes.

7. *ire in arma,* wie *in pugnam, in aciem* (hist. II, 46); anders *ad arma.*

8. *se,* bis die Wahrheit seiner Aussage sich herausstelle.

10. *crimina et innoxios* verbunden, wie XII, 26 *insontibus - flagitiis;* vgl. Agr. 20 *laudare modestiam, disiectos coercere.*

13. *invisus* eben als *gener,* wogegen *inimicus* die feindselige Gesinnung überhaupt bezeichnet, wie vorher *discors* und nachher *infensus.* Weil Segest dem Armin schon feind war, mufste dieser als Räuber der einem andern schon verlobten Tochter ihm erst recht verhafst sein. Also: ‚der verhafste Schwiegersohn des feindlich gesinnten Schwiegervaters'.

56, 1. *igitur* nimmt die nach *excursu praecepit* unterbrochene Erzählung wieder auf.

2. *cis Rhenum* die auf dem Rheindelta wohnenden Bataver und die auf der linken Seite des Flusses angesiedelten Ubier, sowie ein Teil der Sugambrer, welche zu Germania inferior gehörten.

3. *colere:* ‚wohnen'; bei den Klassikern nur transitiv.— *Caecina* scheint mit den 4 Legionen von Nieder-Ger-

umerum ipse ducit, positoque castello super vestigia paterni raesidii in monte Tauno expeditum exercitum in Chattos rapit, . Apronio ad munitiones viarum et fluminum relicto. nam 'arum illi caelo) siccitate et amnibus modicis inoffensum iter roperaverat, imbresque et fluminum auctus regredienti metueantur. sed Chattis adeo inprovisus advenit, ut quod imbeillum aetate ac sexu statim captum aut trucidatum sit. iuventus umen Adranam nando tramiserat, Romanosque pontem coepantis arcebant. dein tormentis sagittisque pulsi, temptatis rustra condicionibus pacis, cum quidam ad Germanicum perugissent, reliqui omissis pagis vicisque in silvas disperguntur. ;aesar incenso Mattio (id genti caput) aperta populatus vertit ıd Rhenum, non auso hoste terga abeuntium lacessere, quod lli moris, quotiens astu magis quam per formidinem cessit.

---

manien die Heerstrafse auf der linken Seite der Lippe gegen die Cherusker (vgl. das Ende des Kap.) hinaufgezogen zu sein, während Germanicus mit den Legionen Ober-Germaniens von ihrem Standorte Mainz aus über den Taunus rückte.

4. *paterni praesidii* eine von Drusus 10 v. Chr. angelegte Befestigung, welche wahrscheinlich nach der Varianischen Niederlage zerstört worden war. Es wird mit Grund vermutet, dafs das Kastell eben dort stand, wo sich später die Salburg bei Homburg v. d. H. erhob.

5. *rapere* von Eilmärschen, wie bei Verg. Aen. X, 308 und Liv. III, 23, 3, öfter bei Tac.

6. *L. Apronius* damals Legat des Germanicus. — *fluminum* neben *viarum* ist von Flufsübergängen oder Brücken zu verstehen. Sonst bezeichnet *flumen munire:* einen Flufs eindämmen.

7. *rarum* in der Parenthese K. 39. — *illi caelo,* denn nach Germ. K. 5 war das Land *umidior qua Gallias aspicit.* — *inoffensus* dichterisch.

8. *properare* c. acc., wie *festinare.* K. 6. — *auctus* (nachklassisch) hist. I, 86 *Tiberis .. immenso auctu.*

9. *Chattis* gehört vielmehr zu *inprovisus,* als zu *advenit* (K. 18).

11. *Adrana* Eder.

12. *tormenta:* Wurfmaschinen, mit welchen man nach II, 81 *hastas saxa et faces* schleuderte.

14. *pagi* die von einer Völkerschaft bewohnten Gaue oder Bezirke, welche in einzelne *vici* oder Ortschaften zerfielen (Germ. K. 12).

15. *Mattium* lag also jenseits, d. h. im Norden der Eder. Später finden wir die Mattiaci in der von den Römern abhängigen Gegend zwischen dem Taunus und dem Main (Germ. K. 29).

17. *moris,* wie Germ. 13. 21 u. ö. — *astu* im Sing. nur Abl., in den beiden gröfsern Schriften. — *cedere* (absolut) hier von dem Zurückziehen in die Wälder; nur wenn dieses aus Kriegslist geschehen war, pflegte man über die abziehenden Feinde herzufallen.

fuerat animus Cheruscis iuvare Chattos, sed exterruit Caecina huc illuc ferens arma; et Marsos congredi ausos prospero proelio cohibuit.

57. Neque multo post legati a Segeste venerunt auxilium orantes adversus vim popularium, a quis circumsedebatur, validiore apud eos Arminio, quoniam bellum suadebat: nam barbaris, quanto quis audacia promptus, tanto magis fidus rebusque motis potior habetur. addiderat Segestes legatis filium, nomine Segimundum: sed iuvenis conscientia cunctabatur. quippe anno quo Germaniae descivere sacerdos apud aram Ubiorum creatus ruperat vittas, profugus ad rebelles. adductus tamen in spem clementiae Romanae pertulit patris mandata benigneque exceptus cum praesidio Gallicam in ripam missus est. Germanico pretium fuit convertere agmen, pugnatumque in obsidentis, et ereptus Segestes magna cum propinquorum et clientium manu. inerant feminae nobiles, inter quas uxor Arminii eademque filia Segestis, mariti magis quam parentis animo, neque evicta in lacrimas neque voce supplex, compressis intra sinum manibus gravidum uterum intuens. ferebantur et spolia Varianae cladis,

---

18. *fuerat animus* c. inf., wie unten *pretium fuit;* vgl. hist. III, 22 *proruere ratio fuit.* — *Cherusci* die nördlichen Nachbarn der Chatten.

19. *huc illuc* in den Historien und Annalen gewöhnlich asyndetisch; nur hist. I, 85 *huc atque illuc.* — *Marsi,* deren Gebiet an der Lippe Cäcina durchzog.

57, 4. *quanto quis .. promptus* vgl. K. 2. — *rebus motis:* bei kriegerischen Regungen, wo man eines entschlossenen Führers bedarf.

6. *conscientia* K. 39.

7. *Germaniae* der Plural, wie Agr. 15, wegen der vielen, von einander unabhängigen *civitates.*

10. *praesidio:* Geleit römischer Soldaten. — *Gallicam,* weil die germanischen Verwaltungsbezirke auf der linken Rheinseite zur gallischen Provinz gerechnet wurden (K. 31). — *pretium fuit* bei T. öfter ohne *operae.*

13. *inerant .. ferebantur* leiten die einzelnen Teile der sich ausbreitenden Schilderung ein. — *uxor Arminii,* deren Name (nach Strabo) Thusnelda war; der von ihr in der Gefangenschaft geborne Sohn hiefs Thumelicus.

14. *mariti .. animo,* der Gen. statt des beim Abl. qual. erforderlichen Adjektivs; vgl. hist. V, 6 *lacus specie maris.* — *evictus* von einem alles Sträuben überwältigenden Gefühle, wie hist. II, 64 *in gaudium evicta.* — *in lacrimas* vgl. K. 11 *in incertum.*

15. *neque voce supplex:* ‚noch auch nur den Laut einer Bitte von sich gebend'. — *sinus:* die Bauschung des Kleides, welche durch den unterhalb der Brust umgelegten Gürtel bewirkt wurde.

plerisque eorum qui tum in deditionem veniebant praedae data: simul Segestes ipse, ingens visu et memoria bonae societatis inpavidus.

58. Verba eius in hunc modum fuere: „non hic mihi primus erga populum Romanum fidei et constantiae dies. ex quo a divo Augusto civitate donatus sum, amicos inimicosque ex vestris utilitatibus delegi, neque odio patriae (quippe proditores etiam iis quos anteponunt invisi sunt), verum quia Romanis Germanisque idem conducere et pacem quam bellum probabam. ergo raptorem filiae meae, violatorem foederis vestri, Arminium apud Varum, qui tum exercitui praesidebat, reum feci. dilatus segnitia ducis, quia parum praesidii in legibus erat, ut me et Arminium et conscios vinciret flagitavi: testis illa nox, mihi utinam potius novissima! quae secuta sunt, defleri magis quam defendi possunt: ceterum et inieci catenas Arminio et a factione eius iniectas perpessus sum. atque ubi primum tui copia, vetera novis et quieta turbidis antehabeo, neque ob praemium, sed ut me perfidia exsolvam, simul genti Germanorum idoneus conciliator, si paenitentiam quam perni-

---

18. *Segestes* mit einem aus *ferebantur* zu ergänzenden Prädikat.

58, 4. *neque — verum* wie unten *neque — sed* bei Angabe von Motiven. — *odio .. quia* K. 52 *gloria* neben *quod.*

7. *probare:* ‚billigen‘ gewinnt bei einem davon abhängenden Infinitiv die Bedeutung: ‚die Ansicht billigen‘. *quam* ohne *potius,* weil *probare* auf eine Vergleichung hindeutet und also gewissermaſsen einen Komparativbegriff einschlieſst (für besser halten); vgl. III, 17 *miseratio quam invidia augebatur.* Germ. 6 *consilii quam formidinis arbitrantur.* — *raptor .. violator,* was sollen die (in klassischer Prosa nicht gebräuchlichen) Verbalsubstantiva bezeichnen?

9. *parum praesidii in legibus,* gegenüber der Ansicht des Varus, welcher die augenblicklich nicht offen widerstrebenden Germanen wie völlig abhängige Provinzialen durch Gesetz und Recht zügeln zu können glaubte, hielt Segest militärische Vorsichtsmaſsregeln für notwendig.

11. *nox,* welche dem K. 55 erwähnten *convivium* folgte. — *quae secuta sunt* die Varianische Niederlage und ihre Folgen, welche Segestes nicht nur nicht verhindern konnte, sondern wozu er sogar mitzuwirken sich gezwungen sah. — Wozu dient die Allitteration in *defleri* und *defendi?*

14. *tui copia* sc. fuit = societatis tecum iungendae copia facta est. — *antehabeo* nur noch IV, 11; sonst *antepono,* wie hist. I, 28 *anteposuere praesentia dubiis.*

15. *exsolvam* K. 15.

16. *conciliator* gew. mit einem Genetiv, wie XII, 25 *conc. nuptiarum.* Die nähere Bestimmung ergiebt sich hier aus dem Nebensatze.

ciem maluerit. pro iuventa et errore filii veniam precor: filiam necessitate huc adductam fateor. tuum erit consultare, utrum praevaleat, quod ex Arminio concepit an quod ex me genita est.“ Caesar clementi responso liberis propinquisque eius incolumitatem, ipsi sedem vetere in provincia pollicetur. exercitum reduxit nomenque imperatoris auctore Tiberio accepit. Arminii uxor virilis sexus stirpem edidit: educatus Ravennae puer quo mox ludibrio conflictatus sit, in tempore memorabo.

59. Fama dediti benigneque excepti Segestis vulgata, ut quibusque bellum invitis aut cupientibus erat, spe vel dolore accipitur. Arminium super insitam violentiam rapta uxor, subiectus servitio uxoris uterus vaecordem agebant, volitabatque per Cheruscos, arma in Segestem, arma in Caesarem poscens. neque probris temperabat: egregium patrem, magnum imperatorem, fortem exercitum, quorum tot manus unam mulierculam avexerint. sibi tres legiones, totidem legatos procubuisse; non enim se proditione neque adversus feminas gravidas, sed palam adversus armatos bellum tractare. cerni adhuc Germanorum in lucis signa Romana, quae dis patriis suspenderit. coleret Segestes victam ripam, redderet filio sacerdotium hominum:

---

18. *necessitate,* da sie dem Arminius mit Gewalt entrissen war, nicht freiwillig entsagt hatte.

21. *vetere in provincia* kann nur dahin gedeutet werden, dafs das linksrheinische Gebiet längst unterworfen (vgl. K. 59 *victam ripam*) und dem römischen Staate förmlich einverleibt war. Andere lesen *Vetera;* aber schwerlich wurde dem Segest ein bestimmter Ort angewiesen; vgl. II, 63 *tutam ei .. sedem in Italia* fore.

24. *memorabo* wohl in einem der nicht mehr erhaltenen Bücher.

59, 2. *invitis aut cupientibus erat* Graecismus (*ἀχθομένοις ἢ ἡδομένοις ἦν*), sonst nur bei *volens,* wie Agr. 18 *quibus bellum volentibus erat;* hist. III, 43 *ceteris remanere volentibus fuit.* — *spe vel dolore,* der modale Abl. ohne Bekleidung in der nachklassischen Zeit u. namentlich bei Tac.

3. *super* nach dem Vorgange von Livius (II, 51 *super bellum premente annona*) statt *praeter,* wie Agr. 17 *s. virtutem*; Germ. 43 *super vires.*

4. *uterus:* Kind. — *volitare:* keck, verwegen hin und her eilen.

6. *egregium* K. 43.

8. *sibi* der Dat. comm. bei *procumbere* auch hist. IV, 17. — *tres legiones* die 17., 18. und 19., welche im Teutoburger Walde ihren Untergang fanden.

10. *bellum tractare* auch VI, 44 und hist. IV, 73; vgl. *arma tractare* hist. III, 9.

12. *sacerdotium* (K. 57) *hominum* bittere Anspielung auf die bei den Römern übliche Vergötterung von Menschen.

Germanos numquam satis excusaturos, quod inter Albim et Rhenum virgas et secures et togam viderint. aliis gentibus ignorantia imperi Romani inexperta esse supplicia, nescia tributa; quae quoniam exuerint irritusque discesserit ille inter numina dicatus Augustus, ille delectus Tiberius, ne inperitum adulescentulum, ne seditiosum exercitum pavescerent. si patriam parentes antiqua mallent quam dominos et colonias novas, Arminium potius gloriae ac libertatis quam Segestem flagitiosae servitutis ducem sequerentur.

60. Conciti per haec non modo Cherusci sed conterminae gentes, tractusque in partis Inguiomerus Arminii patruus, vetere apud Romanos auctoritate; unde maior Caesari metus. et ne bellum mole una ingrueret, Caecinam cum quadraginta cohortibus Romanis distrahendo hosti per Bructeros ad flumen Amisiam mittit, equitem Pedo praefectus finibus Frisiorum ducit.

---

13. *Germanos,* welche im Gegensatze zum Segest ihr Vaterland wahrhaft liebten und ihre Freiheit nicht der Freundschaft der Römer opfern sollten.

15. *inexperta* und *nescia* passivisch, nach dem Vorgange von Dichtern; vgl. hist. II, 4 *inexpertum bellum.*

17. *dicatus* gew. nur von Sachen. — *delectus* von Augustus zum Schutze der Rheingrenze, welche nach der Varianischen Niederlage bedroht zu werden schien, auserlesen, kam Tiberius im Frühjahr 10 mit neuen Truppen und brach im folgenden Jahre in Germanien ein, ohne jedoch einen dauernden Erfolg zu erringen.

18. *adulescentulum* höhnende Übertreibung, da Germanicus an Alter dem Arminius nur wenig nachstand. — *pavescere* transitiv auch XIV, 30; hist. IV, 7. 14 (*expavescere* hist. II, 76). Ebenso *pavere* V, 4; XV, 11; hist. I, 29. 50. IV, 58 nach dem Vorgange von Horaz (auch Liv. XXIII, 5, 8).

19. *novas* mit Beziehung auf das vorhergehende *antiqua,* nicht im Gegensatze zu früher schon angelegten Kolonieen.

60, 1. *sed* ohne *etiam* (*et* oder auch *quoque*) findet sich einzeln schon bei Cicero, öfter bei Livius und Tacitus.

2. *Inguiomerus* hatte bisher eine vermittelnde Stellung zwischen den Germanen und den Römern eingenommen.

4. *mole una:* ‚mit ungeteilter, voller Wucht', indem die Cherusker und ihre Nachbarn mit vereinter Macht heranrückten. — *quadraginta cohortibus* die 4 Legionen von Nieder-Germanien, während Germanicus selbst die aus Ober-Germanien führte.

5. *distrahendo hosti* der finale Dativ bei *mittere* auch K. 88; II, 1.

6. *finibus,* der lokale Abl. statt *per* c. acc. beschränkt sich in der klassischen Zeit auf Meer- und Flufsnamen, auf die allgemeinen Bezeichnungen *terra, mari, flumine, freto,*

ipse inpositas navibus quattuor legiones per lacus vexit: simulque pedes eques classis apud praedictum amnem convenere. Chauci cum auxilia pollicerentur, in commilitium adsciti sunt. Bructeros sua urentis expedita cum manu L. Stertinius missu Germanici fudit; interque caedem et praedam repperit undevicensimae legionis aquilam cum Varo amissam. ductum inde agmen ad ultimos Bructerorum, quantumque Amisiam et Lupiam amnes inter vastatum, haud procul Teutoburgiensi saltu, in quo reliquiae Vari legionumque insepultae dicebantur.

61. Igitur cupido Caesarem invadit solvendi suprema militibus ducique, permoto ad miserationem omni qui aderat exer-

---

vado und auf die mit einem Attribut (Adj. oder Gen.) bekleideten Nomina *porta, via, litore, sinu* u. a., findet sich erst bei Hirtius und Sallust von Ländernamen und wird von Tac. noch weiter ausgedehnt. — *Frisii* am Nordseegestade im Westen der Ems, von Drusus im J. 12 v. Chr. unterworfen (IV, 72).

7. *lacus,* von denen der gröfste den Namen Flevo führte (der Zuidersee hat sich erst 1287 durch einen Einbruch des Meeres gebildet). Drusus verband Rhein und Yssel mit jenem See durch einen Kanal (*fossa Drusiana* II, 8), um die Rheinflotte nach den Küsten und Flufsmündungen Nieder-Germaniens auf einem kürzeren und weniger gefährlichen Wege, als um die batavische Insel herum, führen zu können.

8. *praedictus* spätlateinisch st. *quem supra dixi* (Schultz 315, 2).

9. *commilitium* auch hist. III, 5 und bei andern spätern Geschichtschreibern. Die *Chauken,* von Tiberius schon im J. 5 n. Chr. für die römische Bundesgenossenschaft gewonnen, hielten sich nicht nur von den durch Armin angeregten Unternehmungen der Germanen fern, sondern unterstützten den Germanicus selbst mit Hülfstruppen.

10. *sua urentis,* damit es dem feindlichen Heere nicht zur Verpflegung diene. — *Stertinius* scheint mit seinem Streifkorps etwa von der mittleren Ems aus südwärts in das Gebiet der Brukterer eingedrungen zu sein. Das Hauptheer (*agmen*) wandte sich ostwärts und kam unter Verheerung des ganzen Gebiets zwischen der obern Ems und Lippe bis an die äufserste Grenze des feindlichen Landes. — *missu:* im Auftrage, auch II, 43; III, 21 u. ö.

14. *inter,* eine zweisilbige Präposition hinter zwei koordinierten Substantiven nach dem Vorgange von Dichtern (Verg. A. III, 75 *oras et litora circum;* Hor. sat. I, 3, 100 *glandem atque cubilia propter*) nur in den Annalen. — *Teutoburgiensis saltus* hat sich als übliche Bezeichnung eines besondern Waldgebirges nicht erhalten. Nach seiner Lage nicht weit vom Quellgebiet der Ems und Lippe wird dafür gewöhnlich der Osning oder auch Lipper Wald angesehen, wogegen andere an den Arnsberger Wald denken.

itu ob propinquos, amicos, denique ob casus bellorum et sortem ominum. praemisso Caecina, ut occulta saltuum scrutaretur ontesque et aggeres umido paludum et fallacibus campis inoneret, incedunt maestos locos visuque ac memoria deformis. rima Vari castra lato ambitu et dimensis principiis trium egionum manus ostentabant; dein semiruto vallo, humili fossa ccisae iam reliquiae consedisse intellegebantur: medio campi lbentia ossa, ut fugerant, ut restiterant, disiecta vel aggerata. diacebant fragmina telorum equorumque artus, simul truncis rborum antefixa ora. lucis propinquis barbarae arae, apud quas tribunos ac primorum ordinum centuriones mactaverant. et cladis eius superstites, pugnam aut vincula elapsi, referebant

---

61, 4. *occulta saltuum,* an Schluchten ist das lippische wie auch das süderländische Waldgebirge reich.

5. *umido paludum:* feuchte Sumpfgegenden finden sich im ganzen Quellgebiet der Lippe wie ihrer Zuflüsse, während *fallaces campi* mehr auf den schlüpfrigen Kleiboden am Haarstrang als auf die sandige Senne am Osning hinzuweisen scheinen.

6. *incedere* c. acc. findet sich erst in den gröfseren Schriften des Tac. — *maestus* von Sachen auch hist. II, 46 *m. fama,* nach dem Vorgange von Dichtern. Es steht wie *tristis* von dem, was Trauer verursacht. — *loci* gew. von vereinzelten Örtern.

7. *prima castra* ist das von Varus am Abende des ersten Schlachttages errichtete Lager, welches durch seinen Umfang und den um das Feldherrnzelt abgesteckten Platz (*principia*) bekundete, dafs drei Legionen daran gearbeitet hatten, dafs also das Heer damals noch ziemlich vollzählig war. Das Lager des folgenden Tages verriet durch den wegen seiner Schwäche schon halb zerfallenen Wall und den seichten Graben, dafs das Heer schon bedeutend geschwächt war. Dann folgte *medio* (st. *in m.* vgl. K. 64) *campi* d. h. inmitten eines offenen Feldes die Stätte der letzten Entscheidung. Nach den Worten des Tac. mufs Germ. die beiden Lager und das Feld in der Richtung des Varianischen Marsches besucht haben, also von der Seite her zunächst nach dem ersten Lager gezogen sein. Die, welche an das Wesergebirge denken, nehmen gewöhnlich an, dafs er um den Osning von Norden her vorgedrungen sei; lag der Schauplatz im Süderlande, so wird G. sich von der obern Lippe dorthin begeben haben und dann in westlicher Richtung bis etwa auf das bei Werl sich öffnende Feld gezogen sein.

10. *disiecta vel aggerata* vgl. VI, 19 *dispersi aut aggerati;* XV, 15 *armis et corporibus caesorum aggeratis.*

11. *simul* hier von räumlicher Nähe.

12. *antefixa* ein erst von Tac. und zwar nur hier gebrauchtes Particip; die andern Verbalformen finden sich gar nicht. — *apud* = *in* c. abl.; vgl. K. 5.

14. *elabi* c. acc. auch IV, 64 und hist. III, 59; c. dat. ann. V, 10; bei Cic. mit *ex* oder dem blofsen Abl.

hic cecidisse legatos, illic raptas aquilas; primum ubi vulnus Varo adactum, ubi infelici dextera et suo ictu mortem invenerit; quo tribunali contionatus Arminius, quot patibula captivis, quae scrobes, utque signis et aquilis per superbiam inluserit.

62. Igitur Romanus qui aderat exercitus sextum post cladis annum trium legionum ossa, nullo noscente alienas reliquias an suorum humo tegeret, omnes ut coniunctos, ut consanguineos, aucta in hostem ira, maesti simul et infensi condebant. primum extruendo tumulo caespitem Caesar posuit, gratissimo munere in defunctos et praesentibus doloris socius. quod Tiberio haud probatum, seu cuncta Germanici in deterius trahenti, sive exercitum imagine caesorum insepultorumque tardatum ad proelia et formidolosiorem hostium credebat; neque imperatorem auguratu et vetustissimis caerimoniis praeditum adtrectare feralia debuisse.

63. Sed Germanicus cedentem in avia Arminium secutus,

---

16. *invenerit* und *inluserit* das Perf. ohne Rücksicht auf *referebant*, wie K. 76 *cur abstinuerit .. varie trahebant* u. ö.

17. *patibula:* Querbalken, an denen die ausgestreckten Arme befestigt wurden.

18. *scrobes:* Gruben zur Aufnahme der Hinzurichtenden. — *ut:* wie, indir. Frage nach verbis sentiendi und dicendi, um nicht sowohl eine Thatsache an sich, als vielmehr eine Handlung in ihrem Verlaufe zu bezeichnen (Schultz 387 A. 12).

62, 1. *sextum post cladis annum* eine Konstruktion der spätern Zeit statt *sexto post cladem anno* (Schultz 298, 2).

5. *extruendo* finaler Dativ. — *tumulus* ist der Grabhügel auf der letzten Entscheidungsstätte (*medio campi*), wo die meisten Gebeine lagen. Dafs auch die übrigen Gefallenen bestattet wurden, forderte schon die Pietät und ergiebt sich auch aus den vorhergehenden Worten *trium legionum ossa condebant;* doch scheinen die mehr zerstreut und einzeln liegenden Gebeine einfacher beerdigt worden zu sein.

7. *trahere* in der Bedeutung von *interpretari* einzeln schon bei Sallust und Livius (V, 23, 6 *in religionem tr.*). Bei Tac. mit *in* und *ad;* vgl. V, 3 *in occasionem gratiae trahere;* hist. II, 20 *in superbiam tr.;* ann. IV, 64 *ad culpam;* XII, 52 *ad clementiam.*

9. *formidolosus* bei T. nur hier in dem überhaupt seltenen passiven Sinne und wie *anxius, pavidus, trepidus* c. gen.

10. *vetustissimae caerimoniae:* die altehrwürdige Befugnis, eine heilige Handlung zu verrichten, hier ein Augurium anzustellen. Wer damit bekleidet war, durfte Leichen nicht berühren, weil dadurch heilige Personen (und Orte) verunreinigt wurden.

63, 1. *sed* nimmt die Erzählung der Hauptaufgabe des Zuges wieder

ubi primum copia fuit, evehi equites campumque, quem hostis insederat, eripi iubet. Arminius colligi suos et propinquare silvis monitos vertit repente: mox signum prorumpendi dedit iis quos per saltus occultaverat. tunc nova acie turbatus eques, missaeque subsidiariae cohortes et fugientium agmine impulsae auxerant consternationem; trudebanturque in paludem gnaram vincentibus, iniquam nesciis, ni Caesar productas legiones instruxisset: inde hostibus terror, fiducia militi; et manibus aequis abscessum. mox reducto ad Amisiam exercitu legiones classe, ut advexerat, reportat; pars equitum litore Oceani petere Rhenum iussa; Caecina, qui suum militem ducebat, monitus, quamquam notis itineribus regrederetur, pontes longos quam maturrime superare. angustus is trames vastas inter paludes et quondam a L. Domitio aggeratus; cetera limosa, tenacia gravi caeno aut rivis incerta erant; circum silvae paulatim adclives, quas tum Arminius inplevit, compendiis viarum et cito agmine

---

auf. — *avia* das Waldgebirge jenseits der Walstatt.

3. *propinquare* der Inf. bei *monere, admonere* und *hortari* wird von Tac. besonders in den Annalen oft gebraucht, findet sich aber auch schon bei Cic., wie fin. I, 20 *ratio ipsa monet amicitias comparare.*

6. *subsidiariae cohortes* der Bundesgenossen, die in Reserve standen. — *impulsae:* fortgeschoben, zum Weichen gebracht; vgl. hist. III, 16 *impulit Vitellianos modica caede.*

7. *auxerant* das Plusqpf. wie XIV, 37, um den Erfolg der Handlung in der Vergangenheit zu betonen. Vgl. Liv. II, 18, 9 *crediderant:* sie waren zu dem Glauben gekommen. — *trudebantur* (eques et cohortes) *ni* vgl. K. 23 *parabant, ni.* — *gnaram* wie K. 5.

9. *manibus aequis* wie Liv. XXVII, 13, 5 *aequis manibus.*

10. *abscedere* öfter = *discedere.* — *legiones* sind, wie aus dem Zusatze *ut advexerat* hervorgeht, die 4 von Germanicus selbst geführten Legionen; dafs zwei von ihnen nicht den ganzen Rückweg zu Schiffe machten (K. 70), kann hier nicht in Betracht kommen, da zunächst nur bemerkt werden soll, dafs sie auf der Ems wieder eingeschifft wurden.

11. *litore Oceani* vgl. K. 60 *finibus Frisiorum.*

13. *pontes longos,* wie *trames aggeratus* zeigt, teils Brücke, teils Knüppeldamm durch die wasserreichen Moor- und Kleigegenden, nach einigen im Bourtanger Moor auf der Grenze von Hannover und Holland, nach andern im nordwestlichen Westfalen bei den Baumbergen (*silvae adclives*).

15. *L. Domitius,* welcher nicht lange vor Christi Geburt nach IV, 44 *exercitu flumen Albim transcendit longius penetrata Germania quam quisquam priorum.*

17. *compendiis viarum* = brevioribus viis. Vgl. II, 55 *compendia maris;* XII, 28 *compendiis ierant.*

onustum sarcinis armisque militem cum antevenisset. Caecinae dubitanti, quonam modo ruptos vetustate pontes reponeret simulque propulsaret hostem, castra metari in loco placuit, ut opus et alii proelium inciperent.

64. Barbari perfringere stationes seque inferre munitoribus nisi lacessunt, circumgrediuntur, occursant: miscetur operantium bellantiumque clamor. et cuncta pariter Romanis adversa, locus uligine profunda, idem ad gradum instabilis, procedentibus lubricus, corpora gravia loricis; neque librare pila inter undas poterant. contra Cheruscis sueta apud paludes proelia, procera membra, hastae ingentes ad vulnera facienda quamvis procul. nox demum inclinantis iam legiones adversae pugnae exemit. Germani ob prospera indefessi, ne tum quidem sumpta quiete, quantum aquarum circum surgentibus iugis oritur vertere in subiecta, mersaque humo et obruto quod effectum operis duplicatus militi labor. quadragensimum id stipendium Caecina parendi aut imperitandi habebat, secundarum ambiguarumque rerum sciens eoque interritus. igitur futura volvens non aliud repperit quam ut hostem silvis coerceret, donec saucii quantumque gravioris agminis anteirent;

---

18. *antevenire* in eigentl. Bedeutung c. acc. bei T. nur hier (übertr. IV, 18); dieselbe Konstr. bei Sallust.

20. *in loco* = illo ipso loco: ‚an Ort und Stelle', nur noch IV, 47 und XIII, 41.

21. *et alii* öfter in den gröfseren Schriften des Tac. (vgl. K. 17), wo man blofs *alii* entweder bei dem zweiten Worte allein oder bei beiden Wörtern erwartet; III, 27 *dum ligones dolabras et alii falces scalasque advectant.*

64, 2. *niti* c. inf. auch II, 54, hist. IV, 70 und V, 20 (wie einzeln schon bei Cäsar und öfter bei Livius); ebenso konstruiert finden sich die Composita *ad-* und *coniti* bei Liv. und Tacitus. — *circumgredi* absol. auch II, 17 und XII, 28; c. acc. II, 25 und IV, 73.

3. *operari* ohne Objekt, wie auch c. dat. (III, 43 *studiis;* hist. V, 20 *materiis caedendis*) nach dem Vorgange von Dichtern; als technischer Ausdruck der Religionssprache auch bei Livius (I, 31 *sacris;* XXI, 62 *prodigiis*).

4. *ad gradum instabilis:* wo man sich nicht mit vorgestrecktem Beine wie zur Auslage aufstellen konnte. Vgl. hist. II, 35 *stabilis gradu.*

6. *inter:* ‚in', ‚umgeben von'. — *apud* K. 5.

11. *mersa:* unter Wasser setzen.

14. *ambiguus* dem *secundus,* wie XII, 38 dem *prosper* gegenübergestellt.

15. *volvere* bei Sallust und Livius mit *cum, in* oder blofs *animo,* auch *secum;* vgl. III, 38 *bellum v.*

16. *gravioris agminis* der Trofs.

nam medio montium et paludum porrigebatur planities, quae tenuem aciem pateretur. deliguntur legiones quinta dextro lateri, unetvicensima in laevum, primani ducendum ad agmen, vicensimanus adversum secuturos.

65. Nox per diversa inquies, cum barbari festis epulis, laeto cantu aut truci sonore subiecta vallium ac resultantis saltus complerent, apud Romanos invalidi ignes, interruptae voces, atque ipsi passim adiacerent vallo, oberrarent tentoriis, insomnes magis quam pervigiles. ducemque terruit dira quies: nam Quintilium Varum sanguine oblitum et paludibus emersum cernere et audire visus est velut vocantem, non tamen obsecutus et manum intendentis reppulisse. coepta luce missae in latera legiones, metu an contumacia, locum deseruere, capto propere campo umentia ultra. neque tamen Arminius quamquam libero incursu statim prorupit: sed ut haesere caeno fossisque impedimenta, turbati circum milites, incertus signorum

---

18. *aciem pati* wie XII, 55 *proelium.* — *dextro* neben *in laevum.* Beachte auch den Konstruktionswechsel in *quinta, unetvicensima, primani, vicensimanus.*

65, 1. *per diversa:* ‚aus ganz entgegengesetzten Ursachen'. Ebenso III, 14. — *inquies* adj. wie K. 68. 74; III, 4; VI, 18; XVI, 14; nachklassisch.

2. *sonor* (IV, 48 u. XIV, 36) und *resultare* vom Ort (Verg. A. VIII, 305 *colles resultant*) poetisch. — *subiecta vallium:* die Thalniederungen, die Thäler in der Tiefe; vgl. K. 17 *inculta montium.*

3. *invalidi .. interruptae* sc. essent; vgl. K. 7. — *interruptae voces* entweder abgebrochene Laute überhaupt oder wahrscheinlicher auf das Anrufen der Runde durch die Wachposten zu beziehen.

5. *dira quies:* eine grausige Erscheinung im Schlafe.

6. *paludibus emersum* eine auch von Sallust aufgenommene dichterische Konstruktion, wogegen in klassischer Prosa gewöhnlich *e,* wie Liv. I, 13, 5 *e palude;* vgl. XXII, 3, 1 *de paludibus.*

8. *et* nach einem negat. Satze, in welcher Bedeutung? — *coepta* (st. orta) *luce* auch III, 15; XV, 55; (hist. IV, 50 *obscuro adhuc coeptae lucis;*) II, 13 *nocte coepta;* IV, 25 *coeptus dies;* XII, 31 *coepta hieme.*

9. *an* K. 13.

10. *ultra* nachgestellt, wie XV, 17 *Euphraten ultra.*

11. *haerere* bei T. und andern spätern Prosaikern mit dem Abl. ohne *in;* mit einem Dativ, wie K. 68 *munimentis,* II, 14 *haerentia corpori tegmina,* welche Konstruktion sich auch in klassischer Prosa findet, hat es die Bedeutung: ‚an etwas hangen'.

12. *fossis:* Löcher, wie sie besonders in lehmigem Boden vom Wasser gegraben werden.

ordo, utque tali in tempore sibi quisque properus et lent adversum imperia aures, inrumpere Germanos iubet, clamitan „en Varus eodemque iterum fato vinctae legiones!" simul hae et cum delectis scindit agmen equisque maxime vulnera ingeri illi sanguine suo et lubrico paludum lapsantes excussis rect ribus disicere obvios, proterere iacentes. plurimus circa aquila labor, quae neque ferri adversum ingruentia tela neque fi limosa humo poterant. Caecina dum sustentat aciem, suffoss equo delapsus circumveniebatur, ni prima legio sese opposuiss iuvit hostium aviditas, omissa caede praedam sectantium; en saeque legiones vesperascente die in aperta et solida. nequ is miseriarum finis. struendum vallum, petendus agger, amiss magna ex parte per quae egeritur humus aut exciditur caespes, non tentoria manipulis, non fomenta sauciis; infectos caeno aut cruore cibos dividentes funestas tenebras et tot hominum milibus unum iam reliquum diem lamentabantur.

66. Forte equus abruptis vinculis vagus et clamore territus quosdam occurrentium obturbavit. tanta inde consternatio inrupisse Germanos credentium, ut cuncti ruerent ad portas, quarum decumana maxime petebatur, aversa hosti et fugientibus tutior. Caecina comperto vanam esse formidinem,

---

13. *utque* nimmt nicht das vorhergehende *ut* wieder auf, sondern steht in restringierendem Sinne = ut fieri solet.

15. *vinctae* vgl. Agr. 32 *clausos quodam modo ac vinctos di nobis tradiderunt.* — *simul haec* sc. clamitat, *et*, wie IV, 25 *simul coeptus dies et .. aderant;* vgl. ἅμα — καί.

17. *lubrico paludum* vgl. K. 61 *umido paludum.* — *lapsare* wie Verg. A. II, 551.

18. *circa* lokal.

19. *figi humo* auch Verg. G. IV, 115; dagegen Liv. VIII, 8 *in terra.*

23. *vesperascente die* auch XVI, 34; hist. II, 49; vgl. Nep. Pel. 2 *v. caelo.*

24. *vallum* bestand gewöhnlich aus einem Erdwall mit Pfahlwerk; *agger* bezeichnet hier die zur Errichtung des Walles erforderliche Materie (*humus, caespes*); *petere aggerem* also: das zum Damm erforderliche herbeischaffen; vgl. Caes. b. G. II, 20 *qui aggeris petendi causa processerant;* b. c. I, 42 *longius erat agger petendus.*

27. *funestae* oder, wie II, 31, *ferales tenebrae:* grabesdunkel.

66, 2. *obturbavit* = prostravit. — *consternatio* K. 39.

4. *aversus* in lok. Bedeutung mit einem Dativ nur hier; sonst in übertragenem Sinne regelmäfsig mit *a.*

5. *comperto* mit dem durch einen acc. c. inf. oder einen Fragesatz vertretenen Subjekt (nach Livius) gar oft bei Tac. (Schultz 415 A. 5).

cum tamen neque auctoritate neque precibus, ne manu quidem obsistere aut retinere militem quiret, proiectus in limine portae miseratione demum, quia per corpus legati eundum erat, clausit viam: simul tribuni et centuriones falsum pavorem esse docuerunt.

67. Tunc contractos in principia iussosque dicta cum silentio accipere temporis ac necessitatis monet. unam in armis salutem, sed ea consilio temperanda manendumque intra vallum, donec expugnandi hostes spe propius succederent; mox undique erumpendum: illa eruptione ad Rhenum perveniri. quod si fugerent, pluris silvas, profundas magis paludes, saevitiam hostium superesse; at victoribus decus gloriam. quae domi cara, quae in castris honesta, memorat; reticuit de adversis. equos dehinc, orsus a suis, legatorum tribunorumque nulla ambitione fortissimo cuique bellatori tradit, ut hi, mox pedes in hostem invaderent.

68. Haud minus inquies Germanus spe, cupidine et diversis ducum sententiis agebat, Arminio sinerent egredi egressosque rursum per umida et inpedita circumvenirent suadente, atrociora Inguiomero et laeta barbaris, ut vallum armis ambirent: promptam expugnationem, plures captivos, incorruptam

---

8. *per:* über — hinweg; vgl. Caes. b. g. II, 10 *per eorum corpora;* Liv. I, 48 *per patris corpus.*

67, 1. *principia* K. 61.

2. *monere* mit dem Genetiv eines Nomens, wie sonst nur die Kompos. *ad-* und *commonere.*

4. *expugnandi* tritt durch das vor *spe* eingeschobene *hostes* mehr hervor; doch hat die Wortstellung etwas Gesuchtes. Vgl. XIII, 54 *ereptum ius legatis ducendi in hostem.*

5. *eruptione* nach *erumpendum* hebt die Sache mit Nachdruck hervor.

6. *saevitia* ohne Tadel: Wut, grimmiger Angriff.

9. *equos,* wie der Oberfeldherr, so führten auch die Legaten und Tribunen mehrere Pferde mit sich. Der Anlafs zu ihrer Verteilung ergiebt sich aus K. 65. — *dehinc* K. 34. — *nulla ambitione:* ‚ohne Parteilichkeit‘; vgl. IV, 64 *sine ambitione:* ‚ohne Ansehen der Person‘.

68, 1. *et* vgl. K. 25. -- *inquies .. agebat* = inquietus erat. Vgl. III, 38 *Thraecia insolentia nostri discors agebat.* XV, 23 *inmodicus egit. agere* absolut, mit einem Adjektiv zuerst bei Sall. (hist. II, fr. 50 *privatus egi*).

4. *ambire* = circumdare, wie XIII, 41 *levis armatura muros a.,* nachklassisch.

praedam fore. igitur orta die proruunt fossas, iniciunt crates, summa valli prensant, raro super milite et quasi ob metum defixo. postquam haesere munimentis, datur cohortibus signum cornuaque ac tubae concinuere. exim clamore et impetu tergis Germanorum circumfunduntur, exprobrantes non hic silvas nec paludes, sed aequis locis aequos deos. hosti facile excidium et paucos ac semermos cogitanti sonus tubarum, fulgor armorum, quanto inopina, tanto maiora offunduntur, cadebantque, ut rebus secundis avidi, ita adversis incauti. Arminius integer, Inguiomerus post grave vulnus pugnam deseruere: vulgus trucidatum est, donec ira et dies permansit. nocte demum reversae legiones, quamvis plus vulnerum, eadem ciborum egestas fatigaret, vim sanitatem copias, cuncta in victoria habuere.

69. Pervaserat interim circumventi exercitus fama et infesto Germanorum agmine Gallias peti, ac ni Agrippina inpositum Rheno pontem solvi prohibuisset, erant qui id flagitium

---

6. *proruunt fossas:* sie machen die Gräben einstürzen, indem sie bewirken, dafs die ihnen zugekehrte Aufsenwand einbricht und hineinfällt. Anders Liv. IX, 14 *vallum in fossas pr.* Dafs die Germanen nicht den Wall hineinwerfen, ergiebt sich aus dem Folgenden, wonach sie diesen erst jenseits des Grabens erreichen.

7. *prensare* in anderer Bedeutung, als K. 21, nach dem Vorgange von Dichtern (Ovid. met. XIII, 424 *tumulos pr.*). Auch *super* als Lokaladverb (zuerst bei Dichtern) bei T. nur in den Annalen; III, 46; VI, 35.

9. *clamore et impetu* Abl. mod. wie K. 59. Man denke hier ebenso wenig an ein *ἓν διὰ δυοῖν,* wie III, 74 *gaudio et impetu.*

11. *aequus:* beiden gleich günstig. — *facile excidium* vgl. oben *promptam expugnationem.*

12. *semermus* die bei T. übliche Form.

13. *quanto inopina* vgl. K. 2 u. 57.

17. *quamvis* leitet bei T. auch Sätze mit thatsächlichem Inhalt ein, wie II, 38 *q. delaberetur;* XI, 20 *insignia triumphi indulsit Caesari, quamvis bellum negavisset.* — *ciborum egestas* (st. *inopia*) auch VI, 23.

69, 2. *Gallias* im weitern Sinne die linksrheinischen Besitzungen der Römer. — *peti* ein Infinitivsatz neben einem Particip im Genetiv.

3. *Rheno* bei Vetera (K. 49), dem Standlager des Cäcina, wohin sich Agrippina aus dem Lande der Treverer begeben hatte, um dem Schauplatze des Krieges näher zu sein. — *prohibere* mit einem Acc. c. inf. pass., wie IV, 37 *templum sisti.* Ebenso bei Klassikern; dagegen steht bei aktiver Form in der Regel der blofse Infinitiv, und der Acc. ist als Objekt aufzufassen, z. B. Cic. p. Sest. 14, 32 *quis consul senatum ipsius decretis parere prohibuit?*

formidine auderent. sed femina ingens animi munia ducis per eos dies induit, militibusque, ut quis inops aut saucius, vestem et fomenta dilargita est. tradit C. Plinius, Germanicorum bellorum scriptor, stetisse apud principium pontis, laudes et grates reversis legionibus habentem. id Tiberii animum altius penetravit: non enim simplices eas curas, nec adversus externos *studia* militum quaeri. nihil relictum imperatoribus, ubi femina manipulos intervisat, signa adeat, largitionem temptet, tamquam parum ambitiose filium ducis gregali habitu circumferat Caesaremque Caligulam appellari velit. potiorem iam apud exercitus Agrippinam quam legatos, quam duces; conpressam a muliere seditionem, cui nomen principis obsistere non quiverit. accendebat haec onerabatque Seianus, peritia morum Tiberii odia in longum iaciens, quae reconderet auctaque promeret.

70. At Germanicus legionum, quas navibus vexerat, secundam et quartam decumam itinere terrestri P. Vitellio ducendas

---

4. *ingens animi* vgl. hist. IV, 66 *ingens rerum.* Der Gen. zur Ergänzung eines relat. Adj. schon bei Sallust und Livius, am häufigsten aber bei Tacitus.

5. *ut quis* K. 27.

6. *C. Plinius* der ältere, welcher um 50 n. Chr. in Deutschland diente, hat alle dort geführten Kriege in 20 Büchern beschrieben; das Werk ist leider verloren gegangen.

7. *laudes et grates* öfter verbunden, wie XII, 37 *laudibus gratibusque venerati sunt. Laudes habere* auch Cic. ad Att. XIII, 38; bei *grates* erwartet man *agere,* da es mit *habere* gewöhnlich in anderer Bedeutung steht. Vgl. Liv. VII, 36 *laudes gratesque agunt;* XXIII, 11 *grates agi haberique.* Plaut. Trin. IV, 1, 2 *laudes ago et grates gratiasque habeo.*

9. *penetrare* c. acc. nach dem Vorgange der Dichter in späterer Prosa, bei T. ganz regelmäſsig; vgl. III, 4 *Tiberium penetravit.* — *simplices,* welche nichts anderes bezwecken, als was man an den Tag legt: arglos, unbefangen.

12. *ambitiose:* aus Ehrsucht oder in der selbstsüchtigen Absicht, eine politische Rolle zu spielen. — *gregali habitu .. Caligulam* K. 41.

15. *seditionem,* von welcher K. 40 gesprochen wird.

17. *iaciens* ein vom Säen hergenommenes Bild; vgl. VI, 47 *semina iaciebantur.* — *in longum:* auf lange Zeit voraus, so daſs die Saat erst weit später aufging. Derselbe adverbiale Ausdruck von der Zeit auch III, 27. V, 2. XI, 20. XIV, 4 u. ö.; unklassisch. — *reconderet* K. 7.

70, 2. *P. Vitellius,* Legionslegat, Oheim des spätern Kaisers A. Vitellius.

tradit, quo levior classis vadoso mari innaret vel reciproco sideret. Vitellius primum iter sicca humo aut modice adlabente aestu quietum habuit: mox inpulsu aquilonis, simul sidere aequinoctii, quo maxime tumescit Oceanus, rapi agique agmen. et opplebantur terrae: eadem freto litori campis facies, neque discerni poterant incerta ab solidis, brevia a profundis. sternuntur fluctibus, hauriuntur gurgitibus; iumenta, sarcinae, corpora exanima interfluunt, occursant. permiscentur inter se manipuli, modo pectore modo ore tenus exstantes, aliquando subtracto solo disiecti aut obruti. non vox et mutui hortatus iuvabant adversante unda; nihil strenuus ab ignavo, sapiens ab inprudenti, consilia a casu differre: cuncta pari violentia involvebantur. tandem Vitellius in editiora enisus eodem agmen subduxit. pernoctavere sine utensilibus, sine igni, magna pars nudo aut mulcato corpore, haud minus miserabiles quam quos hostis circumsidet: quippe illic etiam honestae mortis usus, his inglorium exitium. lux reddidit terram, penetratumque ad amnem [Visurgin], quo Caesar classe contenderat. inpositae dein legiones, vagante fama submersas; nec fides salutis, antequam Caesarem exercitumque reducem videre.

---

3. *vadoso mari* noch jetzt bereiten die Watten an der Nordseeküste der Schiffahrt nicht geringe Hindernisse.

5. *inpulsu* und *sidere* Abl. der äufsern Veranlassung: ‚infolge —‘. — *sidus aequinoctii* ist, da nach dem Zusammenhange an den Herbst gedacht werden mufs, die Wage, in deren Zeichen die Sonne um jene Zeit eintritt. Der Nordsturm, welcher gerade dann nicht selten sich erhebt, trieb die aufgewühlten Wassermassen auf das Gestade, so dafs die dort marschierenden Truppen fortgerissen und verschlagen wurden.

8. *incerta .. brevia* vgl. XIV, 29 naves fabricatur plano alveo adversus *breve et incertum.*

12. *subtracto* indem er entschwand, mit den Füfsen nicht mehr erreicht wurde.

16. *utensilia* die zum Leben erforderlichen Dinge.

18. *circumsidet* statt des Präsens, welches die Sache ganz allgemein hält, erwartet man das Impf., wodurch der Vergleich der beiden Heeresteile in ihrer damaligen Lage mehr Gewicht erlangte.

19. *lux reddidit terram,* da bei Anbruch des Tages die Sturmflut sich verlaufen hatte.

20. *Visurgin* ist unmöglich; man hat *Unsingin* (Hunse) oder *Vidrum* (Vechte) vermutet.

21. *antequam* mit Ind. Perf. bei negiertem präsentischem Hauptsatze; vgl. XII, 5 *nec ante omissa cunctatio quam Vitellius .. id perpetrandum sumpsit.* Dagegen der Konj. Perf. XV, 74 *nam deum honor principi non ante habetur quam agere inter*

71. Iam Stertinius, ad accipiendum in deditionem Segimerum fratrem Segestis praemissus, ipsum et filium eius in civitatem Ubiorum perduxerat. data utrique venia, facile Segimero, cunctantius filio, quia Quintilii Vari corpus inlusisse dicebatur. ceterum ad supplenda exercitus damna certavere Galliae Hispaniae Italia, quod cuique promptum, arma equos aurum offerentes. quorum laudato studio Germanicus, armis modo et equis ad bellum sumptis, propria pecunia militem iuvit. utque cladis memoriam etiam comitate leniret, circumire saucios, facta singulorum extollere; vulnera intuens alium spe, alium gloria, cunctos adloquio et cura sibique et proelio firmabat.

72. Decreta eo anno triumphalia insignia A. Caecinae, L. Apronio, C. Silio ob res cum Germanico gestas. nomen patris patriae Tiberius, a populo saepius ingestum, repudiavit; neque in acta sua iurari quamquam censente senatu permisit, cuncta mortalium incerta, quantoque plus adeptus foret, tanto se magis in lubrico dictitans. non tamen ideo faciebat fidem civilis animi; nam legem maiestatis reduxerat, cui nomen apud

---

homines desierit und Germ. 13 *arma sumere non ante cuiquam moris quam civitas suffecturum probaverit,* wo der Hauptsatz eine Gewohnheit bezeichnet. In allen andern Fällen folgt nach *antequam* der Konj. Impf.

22. *reducem,* der Sing. mit Bezug auf *Caesarem* als Hauptperson, wie K. 10 *abstulerat.*

71, 4. *inludere* c. acc. und c. dat.

5. *ceterum* wie K. 10 a. E.

11. *firmare* in verschiedener Bedeutung mit dem persönlichen Dativ *sibi* (vgl. hist. V, 4 *sibi gentem firmare,* an sich fesseln, in der Zuneigung befestigen) und mit dem sachlichen *proelio* = ad pugnandum confirmare.

B. Vorgänge im Innern.
K. 72—81.

72, 1. *triumphalia insignia* oder *ornamenta,* auch blofs *triumphalia,* nach Liv. X, 7, 9 *tunica palmata, toga picta, corona triumphalis laureaque,* unter den Kaisern auch ohne wirklichen Triumph zuerkannt.

2. *nomen ingerere* auch d. de or. 7. Gewöhnlich findet sich *ingerere* mit Ausdrücken des Tadels, der Strafe u. dgl., wie *probra.*

4. *in acta iurare:* sich eidlich verpflichten, die getroffenen Verfügungen aufrecht zu halten. Ein solcher Eid war zuerst in acta Caesaris von den Triumvirn im J. 42 eingeführt und wurde dann zu Anfang jedes Jahres dem Kaiser in Bezug auf seine und seiner Vorgänger Verordnungen, wenn nicht ein besonderer Beschlufs sich dagegen aussprach, vom Senate geleistet. — *permittere* mit acc. c. inf., wie XIV, 12, ist nachklassisch. Schultz 388 A. 6.

7. *civilis animi* vgl. K. 33 *civile ingenium.* — *apud veteres* zur Zeit der Republik.

veteres idem, sed alia in iudicium veniebant, si quis proditione exercitum aut plebem seditionibus, denique male gesta re publica maiestatem populi Romani minuisset: facta arguebantur, dicta inpune erant. primus Augustus cognitionem de famosis libellis specie legis eius tractavit, commotus Cassii Severi libidine, qua viros feminasque inlustres procacibus scriptis diffamaverat; mox Tiberius, consultante Pompeio Macro praetore, an iudicia maiestatis redderentur, exercendas leges esse respondit. hunc quoque asperavere carmina incertis auctoribus vulgata in saevitiam superbiamque eius et discordem cum matre animum.

73. Haud pigebit referre in Falanio et Rubrio, modicis equitibus Romanis, praetemptata crimina, ut quibus initiis, quanta Tiberii arte gravissimum exitium inrepserit, dein repressum sit, postremo arserit cunctaque corripuerit, noscatur. Falanio obiciebat accusator, quod inter cultores Augusti, qui

---

10. *minuisset* pafst zunächst nur zu *maiestatem,* läfst sich angemessen wiedergeben durch schädigen. *Maiestatem minuere est de dignitate aut amplitudine aut potestate populi aut eorum, quibus populus potestatem dedit, aliquid derogare.* Cic. de inv. II, 17.

11. *impune,* das Adverb in der Regel nicht bei *esse* als blofser Kopula (Schultz 240 A. 4), findet sich noch II, 52. III, 28. XII, 54. Germ. 25.

12. *Cassius Severus* ein Redner voll leidenschaftlicher Bitterkeit wurde zuerst nach Kreta, später nach Seriphus verbannt; vgl. IV, 21.

13. *scriptis diffamaverat* vgl. XV, 49 *probroso carmine diffamatus.* Das Verbum findet sich erst bei Ovid.

16. *carmina* Epigramme, deren einige sich bei Sueton Tib. 59 finden. Zur Erklärung unserer Stelle dient besonders folgendes:

Asper et inmitis, breviter vis omnia dicam,
Dispeream, si te mater amare potest.

17. *discors* mit *cum* auch bei Livius; sonst mit *inter* oder dem Dativ.

73, 1. *modicis* entweder von nicht hoher Herkunft oder von mäfsigem Vermögen; vgl. II, 84 *modicis penatibus;* XI, 7 *modicos senatores;* VI, 39 *modicus originis.*

2. *praetemptare* in Verbindung mit *crimen* nur hier; im eigentlichen Sinne Agr. 20 *silvas praetemptare.* Tac. geht zur genauern Darlegung der Sache zurück auf den vorhergeschickten ersten Versuch, eine Anschuldigung wegen Majestätsbeleidigung zu erheben.

3. *dein* unter Claudius und Nero bis zum J. 62. Also gehört *repressum sit* nicht mehr zu *quanta Tiberii arte,* sondern man ergänze *ut.*

per omnes domos in modum collegiorum habebantur, Cassium quendam mimum corpore infamem adscivisset, quodque venditis hortis statuam Augusti simul mancipasset. Rubrio crimini dabatur violatum periurio numen Augusti. quae ubi Tiberio notuere, scripsit consulibus non ideo decretum patri suo caelum, ut in perniciem civium is honor verteretur. Cassium histrionem solitum inter alios eiusdem artis interesse ludis, quos mater sua in memoriam Augusti sacrasset; nec contra religiones fieri, quod effigies eius, ut alia numinum simulacra, venditionibus hortorum et domuum accedant. ius iurandum perinde aestimandum quam si Iovem fefellisset: deorum iniurias dis curae.

74. Nec multo post Granium Marcellum praetorem Bithyniae quaestor ipsius Caepio Crispinus maiestatis postulavit, subscribente Romano Hispone: qui formam vitae iniit, quam

---

6. *domos* sc. nobilium, wo man eine Art von Kollegien für Privatkulte hatte. — *haberi* öfter in der Bedeutung sich finden, sein; vgl. XIII, 16 *mos habebatur;* hist. II, 2 *forma .. habetur.*

7. *mimus* Vorgänge des gemeinen Lebens, nicht selten obscöner Natur, darstellend, daher verrufen. — *corpore infamis* wie Germ. 12.

9. *periurio,* es war üblich, bei dem genius, der fortuna oder salus des Kaisers zu schwören.

10. *notescere* in Prosa nicht vor Tac. und bei diesem nur in den Annalen. — *consulibus* als Vorsitzern des Senats, dem Augustus die Gerichtsbarkeit über Majestätsbeleidigungen durch Senatoren und ihre Angehörigen, sowie durch Ritter übertragen hatte; bei andern Angeklagten entschied der Prätor; vgl. K. 72.

12. *ludis* sc. Palatinis, Schauspiele im Palatium von dreitägiger Dauer.

16. *perinde quam si* nur noch XIII, 49; dagegen III, 50 das bei den Klassikern übliche *perinde ac si.* So auch *perinde quam* hist. I, 30; II, 27. 35. 39 u. ö. An einigen Stellen, wie ann. IV, 20. XIII, 21. XV, 44 schwankt die Lesart zwischen *perinde* und *proinde quam;* sonst findet sich *proinde* in der Regel nur mit *ac si* (XII, 60) oder *quasi* (XIII, 47).

74, 1. *praetorem Bithyniae,* da die Provinz von einem gewesenen Prätor verwaltet wurde. Der officielle Titel der Statthalter in den vom Senat zu besetzenden Provinzen (pr. senatoriae) war sonst allgemein proconsul, obgleich wirklich gewesene Konsuln nur nach Asia und Afrika, in die übrigen Provinzen dagegen Prätoren geschickt wurden. Die Verwalter der kaiserlichen Provinzen hiefsen *legati* pro praetore oder *procuratores;* vgl. K. 80.

2. *postulare* bei Cic. mit *de,* bei spätern mit dem Genetiv oder auch mit dem Abl. *crimine.*

3. *qui* bezieht sich auf das Subjekt des Hauptsatzes.

postea celebrem miseriae temporum et audaciae hominum fecerunt. nam egens, ignotus, inquies, dum occultis libellis saevitiae principis adrepit, mox clarissimo cuique periculum facessit, potentiam apud unum, odium apud omnis adeptus dedit exemplum, quod secuti ex pauperibus divites, ex contemptis metuendi perniciem aliis ac postremum sibi invenere. sed Marcellum insimulabat sinistros de Tiberio sermones habuisse, inevitabile crimen, cum ex moribus principis foedissima quaeque deligeret accusator obiectaretque reo. nam quia vera erant, etiam dicta credebantur. addidit Hispo statuam Marcelli altius quam Caesarum sitam, et alia in statua amputato capite Augusti effigiem Tiberii inditam. ad quod exarsit adeo, ut rupta taciturnitate proclamaret se quoque in ea causa laturum sententiam palam et iuratum, quo ceteris eadem necessitas fieret. manebant etiam tum vestigia morientis libertatis. igitur Cn. Piso „quo“ inquit „loco censebis, Caesar? si primus, habebo quod sequar: si post omnis, vereor ne inprudens dissentiam.“ permotus his, quantoque incautius efferverat, paenitentia patiens

---

5. *inquies* K. 65.

6. *adrepere* c. dat. nur noch III, 50 *animis*. Bei Cic. *ad amicitiam*. *Saevitiae principis adrepit* = in saevi principis gratiam se insinuavit.

8. *ex* zur Bezeichnung der Entwickelung aus einem frühern Zustande.

9. *sed* leitet auf die hier zu berichtende Thatsache zurück.

10. *sinistros:* ungünstige; vgl. VI, 32 *sinistra fama*.

11. *crimen* Apposition zu *insimulabat;* vgl. K. 27.

13. *dicta* sc. esse.

14. *sitam* = positam, wie K. 39.

15. *effigiem* anderer Ausdruck für *caput*. Die Umgestaltung der Statue war zunächst eine Beleidigung des Augustus, erschien aber auch deshalb strafbar, weil die Bildnisse der Kaiser überhaupt vor Beschädigungen gesichert werden sollten. — *exarsit* Tiberius.

16. *rumpere taciturnitatem,* wie bei Dichtern oft *r. silentium*.

17. *palam,* mündlich stimmten in der Regel nur die zuerst befragten Senatoren, über deren abweichende Meinungen dann die *discessio* entschied. — *iuratum* bei wichtigen Verhandlungen besonders zur Bekräftigung, dafs die Abstimmung nicht durch persönliche Verletzung beeinflufst werde. — *quo .. fieret* Folgesatz.

18. *manebant:* ‚hatten sich erhalten, bestanden‘. So öfter mit *vestigia,* wie XV, 41 und hist. V, 7.

21. *paenitentia* = cum paeniteret eum incautae irae. — *patiens* der Positiv ohne *tanto;* vgl. K. 2.

tulit absolvi reum criminibus maiestatis: de pecuniis repetundis ad reciperatores itum est.

75. Nec patrum cognitionibus satiatus iudiciis adsidebat in cornu tribunalis, ne praetorem curuli depelleret; multaque eo coram adversus ambitum et potentium preces constituta. sed dum veritati consulitur, libertas corrumpebatur. inter quae Pius Aurelius senator questus mole publicae viae ductuque aquarum labefactas aedis suas, auxilium patrum invocabat. resistentibus aerarii praetoribus subvenit Caesar pretiumque aedium Aurelio tribuit, erogandae per honesta pecuniae cupiens, quam virtutem diu retinuit, cum ceteras exueret. Propertio Celeri praetorio, veniam ordinis ob paupertatem petenti, deciens sestertium largitus est, satis conperto paternas ei angustias esse. temptantis eadem alios probare causas senatui iussit,

---

22. *tulit* sc. sententiam. Der davon abhängige Satz mit dem Inf. Präs. Pass. (statt *ut;* vgl. K. 77 *dicebantur sententiae, ut*), wie einzeln auch nach *censere;* so hist. II, 10 *dari tempus .. censebant.* Diese Konstruktion schon bei Livius (Schultz 398 A. 6).

23. *reciperatores* ein besonderes Richterkollegium, dem solche Repetundenklagen überwiesen wurden, bei denen es sich nur um eine privatrechtliche Verpflichtung zur Erstattung der Gelder handelte, nicht aber ein durch Bestechung veranlafstes kriminalrechtliches Vergehen vorlag.

75, 1. *adsidere* vom Beiwohnen einer Gerichtssitzung auch II, 57.

2. *cornu* Flügel zur Seite der die Mitte des Tribunals einnehmenden *sella curulis* des Prätors. — *curuli* ohne *sella* auch hist. II, 59; nachklassisch.

3. *eo coram* vgl. K. 19. — *ambitum* K. 2, näher erklärt durch *potentium preces.*

4. *dum v. consulitur* bezeichnet die nicht gewollte Veranlassung zu *libertas corrumpebatur.* Vgl. II, 31 *illis, dum trepidant, dum refugiunt .. duos ictus in viscera derexit.* VI, 32 *dum .. instituta sumit, .. morbo absumptus est.*

5. *mole:* Bau als Handlung, wie hist. IV, 28 *molem operum Batavis delegat.* In der Bedeutung Gebäude ann. II, 60 *structis molibus;* IV, 62 *conferta mole;* 67 *molibus insederat;* hist. II, 21 *quod nulla in Italia moles tam capax foret;* V, 11 *urbem opera molesque firmaverant.*

7. *aerarii praetoribus* statt der frühern Quästoren, seit 23 v. Chr. *sorte ducebantur ex numero praetorum, qui* (aerario) *praeessent* XIII, 29. Es waren zwei. — *pretium .. tribuit* aus dem kaiserlichen Fiskus.

8. *per honesta* = honesta ratione. — *cupiens* c. gen. nur in den Annalen.

10. *ordinis* sc. senatorii, dessen census von Augustus auf eine Million Sesterzen erhöht worden war. Da Propertius kein entsprechendes Einkommen hatte, so bat er um die Erlaubnis, den Stand aufgeben zu dürfen.

cupidine severitatis in iis etiam quae rite faceret acerbus; unde ceteri silentium et paupertatem confessioni et beneficio praeposuere.

76. Eodem anno continuis imbribus auctus Tiberis plana urbis stagnaverat; relabentem secuta est aedificiorum et hominum strages. igitur censuit Asinius Gallus ut libri Sibullini adirentur. renuit Tiberius, perinde divina humanaque obtegens; sed remedium coercendi fluminis Ateio Capitoni et L. Arruntio mandatum. Achaiam ac Macedoniam onera deprecantis levari in praesens proconsulari imperio tradique Caesari placuit. edendis gladiatoribus, quos Germanici fratris ac suo nomine obtulerat, Drusus praesedit, quamquam vili sanguine nimis gaudens; quod *in* vulgus formidolosum et pater arguisse dicebatur. cur abstinuerit spectaculo ipse, varie trahebant; alii taedio coetus, quidam tristitia ingenii et metu conparationis, quia Augustus comiter interfuisset. non crediderim ad ostentandam saevitiam movendasque populi offensiones concessam filio materiem, quamquam id quoque dictum est.

77. At theatri licentia, proximo priore anno coepta, gravius tum erupit, occisis non modo e plebe sed militibus et centurione, vulnerato tribuno praetoriae cohortis, dum probra in magistratus et dissensionem vulgi prohibent. actum de ea

---

13. *acerbus,* indem er bei allen ohne Unterschied in schonungsloser Weise den Nachweis forderte.

76, 2. *stagnare* transitiv, wie Ov. met. XV, 269 *stagnata paludibus.*

4. *renuit* vgl. zu K. 2 *abnuere.* — *obtegens,* da er einen leicht mifszudeutenden, ihm selbst wohl gar ungünstigen Spruch fürchten mochte.

5. *Ateius Capito* von 13 bis 23 n. Chr. *curator aquarum.*

7. *tradique Caesari,* bei der Verwandlung in kaiserliche Provinzen mögen gewisse Abgaben, vielleicht an das aerarium, fortgefallen sein.

8. *gladiatores* in Verbindung mit *edere* oder *dare* von den Spielen (ann. XIII, 49; hist. II, 95); auch bei Cic. p. Mur. 32, 67.

9. *quamquam* gehört zu *vili.*

10. *formidolosum,* was zu ergänzen?

11. *abstinuerit,* Perf. wie K. 61. — *trahebant* K. 62. — *alii* sc. dicebant abstinuisse.

12. *tristitia ingenii* steht im Gegensatze zu *comiter.*

77, 1. *at* vermittelt hier nur den Übergang. — *priore* könnte fortfallen, da der Zusammenhang an das nächstfolgende Jahr nicht denken läfst. Vgl. Cic. or. 64 *proximus superior.*

2. *e plebe,* man kann *hominibus* oder *viris* hinzudenken.

3. *praetoriae cohortis,* welche nach XIII, 24 den Spielen beizuwohnen

seditione apud patres dicebanturque sententiae, ut praetoribus ius virgarum in histriones esset. intercessit Haterius Agrippa tribunus plebei increpitusque est Asinii Galli oratione, silente Tiberio, qui ea simulacra libertatis senatui praebebat. valuit tamen intercessio, quia divus Augustus immunes verberum histriones quondam responderat, neque fas Tiberio infringere dicta eius. de modo lucaris et adversus lasciviam fautorum multa decernuntur; ex quis maxime insignia, ne domos pantomimorum senator introiret, ne egredientes in publicum equites Romani cingerent aut alibi quam in theatro sectarentur, et spectantium immodestiam exilio multandi potestas praetoribus fieret.

78. Templum ut in colonia Tarraconensi strueretur Augusto petentibus Hispanis permissum, datumque in omnes provincias exemplum. centesimam rerum venalium post bella civilia institutam deprecante populo edixit Tiberius militare aerarium eo subsidio niti; simul imparem oneri rem publicam, nisi vicensimo militiae anno veterani dimitterentur. ita proximae sedi-

---

pflegte, um die Ordnung aufrecht zu halten.

7. *silente* vgl. K. 35 *addito*.

8. *simulacra praebere:* ‚den Schein gewähren'; vgl. III, 60 *imaginem praebere*.

9. *Augustus* hatte verordnet, dafs Schauspieler mit Kerker oder Verbannung bestraft werden sollten; doch liefs er selbst zwei peitschen (Suet. Aug. 45). Zur Strafe der Verbannung vgl. IV, 14 *pulsi tum histriones Italia*.

11. *lucar*, eine Abgabe aus den bei der Stadt gelegenen Hainen (*lucus*), Forststeuer, diente zum Unterhalt der Schauspieler. Tiberius setzte ein bestimmtes Mafs dieses Soldes fest.

14. *et .. fieret*, ergänze *ut*, was nach *ne* nicht selten fortgelassen wird.

78, 1. *templum* mit Nachdruck an die Spitze gestellt, da in *col. Tarraconensi* (Tarragona in Spanien) dem Augustus schon bei Lebzeiten eine *ara* errichtet war. Solche Tempel bestanden übrigens auch schon in einigen andern Provinzen; daher ist *omnes* nur von allen noch übrigen zu verstehen, welche dem Beispiele folgen sollten, damit der Kult ein ganz allgemeiner würde.

3. *centesima*, ein Procent von allen Handels- und Auktionsgegenständen, erst im J. 17 auf die Hälfte reduziert (II, 42).

4. *militare aerarium* von Augustus im J. 6 n. Chr. gegründet, diente insbesondere zur Zahlung von Prämien an Veteranen nach zwanzigjähriger Dienstzeit.

5. *vicensimo:* erst mit 20. Wurden die Soldaten schon früher entlassen, so steigerten sich die Ausgaben des Staates.

6. *proximae seditionis* s. K. 17.

tionis male consulta, quibus sedecim stipendiorum finem expresserant, abolita in posterum.

79. Actum deinde in senatu ab Arruntio et Ateio, an ob moderandas Tiberis exundationes verterentur flumina et lacus, per quos augescit; auditaeque municipiorum et coloniarum legationes, orantibus Florentinis, ne Clanis solito alveo demotus in amnem Arnum transferretur idque ipsis perniciem adferret. congruentia his Interamnates disseruere: pessum ituros fecundissimos Italiae campos, si amnis Nar (id enim parabatur) in rivos diductus superstagnavisset. nec Reatini silebant, Velinum lacum, qua in Narem effunditur, obstrui recusantes, quippe in adiacentia erupturum; optume rebus mortalium consuluisse naturam, quae sua ora fluminibus, suos cursus utque originem, ita fines dederit; spectandas etiam religiones sociorum, qui sacra et lucos et aras patriis amnibus dicaverint: quin ipsum Tiberim nolle prorsus accolis fluviis orbatum minore gloria fluere. seu preces coloniarum seu difficultas operum sive superstitio valuit, ut in sententiam Cn. Pisonis concederetur, qui nil mutandum censuerat.

80. Prorogatur Poppaeo Sabino provincia Moesia, additis Achaia ac Macedonia. id quoque morum Tiberii fuit, continuare imperia ac plerosque ad finem vitae in isdem exercitibus

---

7. *sedecim stipendiorum finem:* eine Beschränkung auf 16 Dienstjahre, ein Ende der Dienstzeit mit 16 Jahren.

79, 1. *actum .. an* vgl. XIII, 41 *agitavit, an.* So *an* öfter nach Verben der Überlegung.

2. *verterentur* = averterentur.

4. *Clanis* jetzt Chiana, entspringt bei Arretium.

6. *Interamna* (Terni) am *Nar* (Nera) in Umbrien.

8. *superstagnare* findet sich nur hier. — *Reate* (Rieti) im Sabinerlande nicht weit vom *lacus Velinus* (Velino), welcher nach Norden in den Nar abfliefst.

9. *recusare* mit Acc. c. inf., wie öfter *prohibere.*

12. *sociorum* mit Rücksicht auf die Zeit, wo die Vorfahren der Reatiner noch im Bundesgenossenverhältnis standen.

14. *nolle* wie auch die Bezeichnung der Nebenflüsse durch *accola* erklärt sich aus dem Glauben an besondere Flufsgötter.

15. *superstitio:* die aus religiöser Gesinnung hervorgehende Scheu. Cic. nat. d. I, 42 unterscheidet *superstitio, in qua inest timor deorum,* von *religio, quae deorum cultu pio continetur.*

16. *Pisonis* ohne den Vornamen *Cn.,* weil neben dem K. 74 erwähnten kein anderer desselben Namens bisher genannt worden.

80, 1. *additis* infolge der K. 76 erwähnten Umwandlung in kaiserliche Provinzen.

3. *exercitibus aut iurisdictionibus,*

aut iurisdictionibus habere. causae varie traduntur: alii taedio novae curae semel placita pro aeternis servavisse, quidam invidia, ne plures fruerentur; sunt qui existiment, ut callidum eius ingenium, ita anxium iudicium; neque enim eminentis virtutes sectabatur, et rursum vitia oderat: ex optimis periculum sibi, a pessimis dedecus publicum metuebat. qua haesitatione postremo eo provectus est, ut mandaverit quibusdam provincias, quos egredi urbe non erat passurus.

81. De comitiis consularibus, quae tum primum illo principe ac deinceps fuere, vix quicquam firmare ausim: adeo diversa non modo apud auctores sed in ipsius orationibus reperiuntur. modo subtractis candidatorum nominibus originem cuiusque et vitam et stipendia descripsit, ut qui forent intellegeretur: aliquando ea quoque significatione subtracta candidatos hortatus, ne ambitu comitia turbarent, suam ad id curam pollicitus est. plerumque eos tantum apud se professos disseruit, quorum nomina consulibus edidisset; posse et alios profiteri, si gratiae aut meritis confiderent: speciosa verbis, re inania aut subdola, quantoque maiore libertatis imagine tegebantur, tanto eruptura ad infensius servitium.

---

jenachdem die Statthalter, wie es in den Provinzen an der Reichsgrenze erforderlich war, ein Heer hatten oder nur Gerichtsbarkeit übten. Die Vorsteher einer Provinz mit einem Heere waren konsularische Legaten, die mit bloſser Jurisdiktion prätorische Legaten oder Prokuratoren. Die gemeinsame Bezeichnung der Amtsgewalt beider ist *imperia;* nur sagte man bei jenen *cum imperio,* bei diesen *in imperio esse.*

8. *ex* neben dem gewöhnlichen *a* bei *metuere* aus der dem Tac. eigenen Vorliebe für Abwechslung. Vgl. Sall. Cat. 52 *periculum ex illis metuit* und oben K. 29 *ex duce metus.*

9. *haesitatio:* ein aus übergroſser Vorsicht entspringendes Zögern.

81, 1. *tum* im 2. Jahre seiner Regierung, da die Konsuln des vorhergehenden Jahres bereits unter Augustus designiert waren. — *illo principe* ist auch bei *deinceps* zu ergänzen, da nach Tiberius die Konsuln nicht vom Senate gewählt, sondern vom Kaiser designiert wurden.

2. *firmare* st. *affirmare* nach dem Vorgange von Dichtern oft bei Tac., so III, 14. VI, 6. 28. 50. hist. II, 9.

4. *subtrahere* in der Bedeutung verschweigen ist nachklassisch.

9. *consulibus,* welche die Konsularkomitien für das nächste Jahr leiteten.

10. *speciosa . . . servitium,* Tac. liebt es, die Darlegung der Verhältnisse mit einem zusammenfassenden Urteile abzuschlieſsen.

C. CORNELII TACITI

AB EXCESSU DIVI AUGUSTI

LIBER II.

---

1. Sisenna Statilio (Tauro) L. Libone consulibus mota orientis regna provinciaeque Romanae, initio apud Parthos orto, qui petitum Roma acceptumque regem, quamvis gentis Arsacidarum, ut externum aspernabantur. is fuit Vonones, obses Augusto datus a Phraate. nam Phraates quamquam depulisset exercitus ducesque Romanos, cuncta venerantium officia ad Augustum verterat partemque prolis firmandae amicitiae miserat, haud perinde nostri metu quam fidei popularium diffisus.

---

3. Ereignisse des Jahres 16 n. Chr.

A. in Parthien und Armenien.

Kap. 1—4.

1, 1. *Tauro* unächt, da T. bei Konsulnamen das Cognomen nicht anzuführen pflegt.

3. *Arsacidarum* nur Nachkommen des Arsaces, welcher 256 v. Chr. das parthische Reich stiftete, gelangten zur Herrschaft.

4. *ut* kausal. Vgl. Germ. 27 *monumentorum honorem ut gravem defunctis aspernantur.* — *is fuit* hebt die Hauptperson der Erzählung hervor; vgl. IV, 15 *is fuit Lucilius;* XIII, 42 *is fuit Publius;* hist. III, 47 *is fuit Anicetus;* IV, 11 *is fuit filius Pisonis.*

6. *duces Romanos* im J. 36 v. Chr. mufste Antonius nach einer Niederlage seines Legaten Oppius Statianus wegen vorgerückten Winters die Belagerung von Phraata aufgeben und den Rückzug antreten. — *venerantium officia:* ‚Rücksichten der Huldigung'. Der Gen. Plur. des Part. Präs. Akt. findet sich oft zur Bezeichnung von Handlungen oder Zuständen, welche im Deutschen durch ein Abstraktum ausgedrückt werden; vgl. Agr. 4 *inlecebrae peccantium:* ‚Lockungen der Sünde'.

7. *partem prolis* 4 Söhne und ebensoviele Enkel. — *firmandae amicitiae* der fin. Dativ des Gerundivs bei *mittere,* wie I, 60 und 88.

8. *perinde .. quam* vgl. I, 73. — *metu .. diffisus* vgl. I, 23 *fletu .. verberans* und II, 22 *metu .. ratus.*

2. Post finem Phraatis et sequentium regum ob internas sedes venere in urbem legati a primoribus Parthis, qui Vononem vetustissimum liberorum eius accirent. magnificum id sibi reddidit Caesar auxitque opibus. et accepere barbari laetantes, ut ferme ad nova imperia. mox subiit pudor degeneravisse Parthos: petitum alio ex orbe regem, hostium artibus infectum; iam inter provincias Romanas solium Arsacidarum haberi darique. ubi illam gloriam trucidantium Crassum, exturbantium Antonium, si mancipium Caesaris, tot per annos servitutem perpessum, Parthis imperitet? accendebat dedignantes et ipse diversus a maiorum institutis, raro venatu, segni equorum cura; quotiens per urbes incederet, lecticae gestamine fastuque erga patrias epulas. inridebantur et Graeci comites ac vilissima utensilium anulo clausa. sed prompti aditus, obvia comitas,

---

2, 1. *Phraates* bald nach 9 v. Chr. vergiftet (Peter r. G. III, 75); ihm folgten Phraataces und Orodes.

2. *venere .. legati* wahrscheinlich 5 n. Chr. (Peter 181).

3. *vetustissimum* = natu maximum, wie K. 43 *Neroni vetustissimo liberorum;* VI, 31 sogar das vom Lebensalter ungewöhnliche *veterrimus.* — *eius* des Phraates.

4. *Caesar* Augustus.

5. *ut ferme* = ut fieri solet. — *ad:* ‚bei Gelegenheit'; vgl. hist. II, 36 *laeto milite .. ad mutationem ducum.* — *degeneravisse* die dem *pudor* zu Grunde liegende Ansicht; vgl. I, 39 *metus: venisse.*

6. *orbe:* Erdteil.

9. *mancipium* verächtliche Bezeichnung des *obses.*

11. *diversus a maiorum institutis* enthält den allgemeinen Grund für *accendebat,* welcher durch die Abl. qual. *raro venatu, segni equorum cura* näher bezeichnet wird. Man übersetze *diversus:* durch sein .. abweichendes Verhalten (vgl. I, 18 *detrita*). Sachlich ist zu bemerken, dafs (nach Justin XLI, 3, 3) die Parther nur Fleisch von erjagten Tieren afsen und dafs die Freien alles zu Pferde besorgten. — *diversus a* auch III, 30 und VI, 28.

12. *incederet* Konj. der Wiederholung. — *gestamine* bei Dichtern gew. in pass. Bedeutung, hier in aktiver, wie auch XI, 33; XIV, 4 und XV, 57 *gestamine sellae.* Die Ablative *venatu fastuque* sind in Übereinstimmung mit den vorhergehenden als Abl. qual. zu fassen. — *erga* bei T. auch in feindlichem Sinne.

14. *utensilium* überhaupt alle Gegenstände des Gebrauchs, Lebensmittel und Geräte. — *anulo* sc. signatorio, mit welchem die Römer allen häuslichen Vorrat versiegelten. — *prompti .. vitia* vier selbständige Satzglieder, zu deren jedem *erant* zu ergänzen ist. Die beiden letzten Glieder sind also nicht etwa als Apposition zu den beiden ersten anzusehen (als wären *prompti aditus, obvia comitas* den Parthern *ignotae virtutes* gewesen und infolge dessen für *nova vitia* gehalten), sondern fügen

ignotae Parthis virtutes, nova vitia; et quia ipsorum moribus aliena, perinde odium pravis et honestis.

3. Igitur Artabanus Arsacidarum e sanguine apud Dahas adultus excitur, primoque congressu fusus reparat vires regnoque potitur. victo Vononi perfugium Armenia fuit, vacua tum interque Parthorum et Romanas opes infida ob scelus Antonii qui Artavasden regem Armeniorum specie amicitiae inlectum, dein catenis oneratum, postremo interfecerat. eius filius Artaxias, memoria patris nobis infensus, Arsacidarum vi seque regnumque tutatus est. occiso Artaxia per dolum propinquorum, datus a Caesare Armeniis Tigranes deductusque in regnum a Tiberio Nerone. nec Tigrani diuturnum imperium fuit neque liberis eius, quamquam sociatis more externo in matrimonium regnumque.

4. Dein iussu Augusti inpositus Artavasdes et non sine

---

den voraufgehenden besondern Momenten eine allgemeine Bemerkung hinzu.

16. *aliena* geht auf alle erwähnte Eigentümlichkeiten. *alienus* in der Bedeutung *non conveniens* mit einem sachl. Dativ nur hier; vgl. dial. 31 *alienum oratori.*

3, 1. *Arsacidarum e sanguine,* nach VI, 42 war Artabanus *materna origine Arsacides.* — *Dahae* ein skythisches Volk südöstlich vom kaspischen Meere bis an den Flufs Sindes XI, 20.

3. *vacua* sc. rege. Das Adj. findet sich oft ohne nähere Bestimmung, welche dann aus dem Zusammenhange zu entnehmen ist; vgl. K. 76; VI, 34 *v. Colchos;* XII, 50 *v. Armeniam;* XIII, 44 *mulier vacua* sc. marito; 55 *terrae vacuae* sc. incolis; XIV, 26 *Suriam .. vacuam.* Auch Cic. de off. I, 7, 21 *in vacua venerunt.*

4. *Parthorum et Romanas* Gen. und Adj. auch K. 17 *Raetorum .. Gallicae cohortes;* III, 2 *magistratus Calabriae Apulique;* XV, 6 *Pontica et Galatarum auxilia.* — *Antonius* lockte den *Artavasdes,* welcher sich im Partherkriege nicht treu erwiesen, unter dem Vorwande, seinen Sohn mit dessen Tochter vermählen zu wollen, im J. 34 in sein Lager, liefs ihn in Ketten nach Alexandrien bringen und übergab ihn der Kleopatra, die ihn im J. 30 tötete.

7. *seque regnumque,* diese ursprünglich nur bei Dichtern übliche Verbindung auch XVI, 16 *meque .. aliorumque.*

9. *Tigranes* II. ein jüngerer Sohn des Artavasdes, war zugleich mit diesem in die Gefangenschaft des Antonius und später in die Gewalt des *Caesar* Augustus geraten. Seine Einsetzung erfolgte im J. 20 v. Chr.

10. *Tiberio Nerone* wie I, 3 u. 4.

11. *liberis* Tigranes III. und Erato, welche sich nach der Sitte ihres Landes mit einander vermählten und seit dem Tode des Vaters 6 v. Chr. gemeinschaftlich regierten.

4, 1. *Artavasdes,* von welchem weder das verwandtschaftliche Verhältnis zu Tigranes noch die Umstände seiner Einsetzung bekannt sind.

clade nostra deiectus. tum Gaius Caesar componendae Armeniae deligitur. is Ariobarzanen, origine Medum, ob insignem corporis formam et praeclarum animum volentibus Armeniis praefecit. Ariobarzane morte fortuita absumpto stirpem eius haud toleravere; temptatoque feminae imperio, cui nomen Erato, eaque brevi pulsa, incerti solutique et magis sine domino quam in libertate profugum Vononen in regnum accipiunt. sed ubi minitari Artabanus et parum subsidii in Armeniis, vel, si nostra vi defenderetur, bellum adversus Parthos sumendum erat, rector Suriae Creticus Silanus excitum custodia circumdat, manente luxu et regio nomine. quod ludibrium ut effugere agitaverit Vonones, in loco reddemus.

5. Ceterum Tiberio haud ingratum accidit turbari res orientis, ut ea specie Germanicum suetis legionibus abstraheret novisque provinciis inpositum dolo simul et casibus obiectaret. at ille, quanto acriora in eum studia militum et aversa patrui

---

2. *deiectus* sc. regno, erklärt sich aus *impositus.* — *C. Caesar* Enkel des Augustus I, 3, ging im J. 1 n. Chr. nach Armenien.

3. *deligere* c. dat. gerundivi, wie VI, 32 *reciperandae Armeniae* u. ö. in den Ann. und Historien. — *Medum* als Sohn des Königs Artavasdes in dem sogen. Atropatenischen Medien zwischen Armenien und Grofsmedien.

5. *stirpem* Artavasdes III.

8. *in regnum accipere:* ,als König annehmen, auf den Thron erheben'; ebenso XI, 10; vgl. XI, 16 *in regnum venire.* — *ubi* im Vordersatze mit einem hist. Inf. bei folgendem Verbum finitum auch XI, 37 *ubi languescere, redire .. ac .. timebantur;* XII, 51 *ubi quati uterus et viscera vibrantur;* hist. III, 10 *ubi crudescere seditio et .. transibant.* Ebenso bei *ut* und *postquam* (III, 26). Gewöhnlicher ist die Konstruktion, wenn der Nebensatz nachfolgt (schon bei Sallust und Livius).

10. *defenderetur* Vonones.

11. Q. Caecilius Metellus *Creticus Silanus* war seit d. J. 11 n. Chr. Verwalter Suriens.

12. *agitare* mit einem Inf. auch I, 18 und II, 82.

13. *in loco* = *suo loco* hist. IV, 67. Vgl. I, 58 *in tempore.* Die weitern Schicksale des Vonones werden K. 68 wiedergegeben (*reddere* aus schriftlichen oder mündlichen Quellen).

B. in Germanien: der letzte Zug des Germanicus. K. 5—26.

5, 1. *ceterum* leitet auf den Hauptgegenstand der Erzählung über.

2. *abstrahere* c. dat., wie K. 26 *decori.*

4. *quanto* mit dem Kompar. *acriora* und dem Pos. *aversa* und ohne *tanto;* vgl. I, 2. Beim Komparativ fehlt *tanto* auch K. 67; III, 43; IV, 18. 69; VI, 17. 21. 34; XIII, 13.

voluntas, celerandae victoriae intentior, tractare proeliorum vias et quae sibi tertium iam annum belligeranti saeva vel prospera evenissent. fundi Germanos acie et iustis locis, iuvari silvis, paludibus, brevi aestate et praematura hieme; suum militem haud perinde vulneribus quam spatiis itinerum, damno armorum adfici; fessas Gallias ministrandis equis; longum impedimentorum agmen opportunum ad insidias, defensantibus iniquum. at si mare intretur, promptam ipsis possessionem et hostibus ignotam, simul bellum maturius incipi legionesque et commeatus pariter vehi; integrum equitem equosque per ora et alveos fluminum media in Germania fore.

6. Igitur huc intendit, missis ad census Galliarum P. Vitellio et C. Antio. Silius et Anteius et Caecina fabricandae classi praeponuntur. mille naves sufficere visae properataeque, aliae breves, angusta puppi proraque et lato utero, quo facilius fluctus tolerarent; quaedam planae carinis, ut sine noxa siderent; plures adpositis utrimque gubernaculis, converso ut repente remigio hinc vel illinc adpellerent; multae pontibus stratae,

---

5. *celerare* dichterisch, bei T. transitiv noch XII, 46 *oppugnationem c.,* intransitiv XII, 64; hist. III, 5; IV, 24. — *intentus* c. dat. gerundivi, wie I, 31. — *proeliorum vias:* die Wege zu einer Schlacht oder zum Schlagen zu kommen. Man kann *viae* von Land- und Seewegen verstehen oder in der übertragenen Bedeutung ‚Möglichkeiten' fassen (vgl. Thuc. I, 122 *ὁδοὶ πολέμου*).

6. *quae .. evenissent* neben *vias;* I, 12; vgl. IV, 31 *gnarum meliorum et quae fama clementiam sequeretur.*

7. *iustis locis:* ‚an ordentlichen Plätzen', wo ein *iustum proelium* geschlagen werden kann.

10. *Gallias,* denen zunächst oblag, die Verluste der röm. Heere zu ersetzen; I, 71.

12. *promptam .. ignotam:* der Besitz des Meeres lag für die Römer, welche eine Flotte hatten, bereit, war aber den Germanen unbekannt, weil sie Seefahrten überhaupt noch nicht kannten.

13. *maturius,* als zu Lande, wo die Wege durch Wälder nnd Sümpfe erst später passierbar wurden.

14. *pariter,* während zu Lande die Troſskolonnen mit den Legionen nicht gleichmäſsig voran kommen konnten. Zu *que et* vgl. I, 4.

Kap. 6. Ausrüstung einer Flotte.

1. *census Galliarum* I, 31.

3. *properare* transitiv, wie I, 56; vgl. unten K. 22. 31. 80 u. ö.

4. *angusta* von geringer Ausdehnung in der Länge. — *uterus* nur hier statt *alveus.*

5. *siderent* bei der Ebbe auf den vielen Watten an der Nordseeküste.

7. *hinc vel illinc adpellere* auch hist. III, 47: mit der einen oder

super quas tormenta veherentur, simul aptae ferendis equis aut commeatui; velis habiles, citae remis augebantur alacritate militum in speciem ac terrorem. insula Batavorum in quam convenirent praedicta, ob faciles adpulsus accipiendisque copiis et transmittendum ad bellum opportuna. nam Rhenus uno alveo continuus aut modicas insulas circumveniens apud principium agri Batavi velut in duos amnes dividitur, servatque nomen et violentiam cursus, qua Germaniam praevehitur, donec Oceano misceatur: ad Gallicam ripam latior et placidior adfluens — verso cognomento Vahalem accolae dicunt —, mox id quoque vocabulum mutat Mosa flumine eiusque inmenso ore eundem in Oceanum effunditur.

7. Sed Caesar, dum adiguntur naves, Silium legatum cum expedita manu inruptionem in Chattos facere iubet: ipse audito castellum Lupiae flumini adpositum obsideri, sex legiones eo duxit. neque Silio ob subitos imbres aliud actum quam ut modicam praedam et Arpi principis Chattorum coniugem filiamque raperet, neque Caesari copiam pugnae obsessores fecere, ad famam adventus eius dilapsi: tumulum tamen nuper Varianis legionibus structum et veterem aram Druso sitam disie-

---

andern Seite, mit dem Vorder- oder Hinterteil landen.

8. *aptus* c. dat. gerundivi, wie K. 14 *a. imminenti pugnae;* III, 31 *a. temperandis animis.*

9. *velis habiles* und das folg. geht auf alle Schiffe.

10. *in speciem ac terrorem* auch Agr. 35. *in* zur Bezeichnung der Folge oder Wirkung. Die *alacritas militum* bewirkte, dafs die Schiffe zu einer furchtbaren Erscheinung heranwuchsen. — *insula Batavorum* zwischen Rhein und Waal.

11. *accipiendis copiis* neben *ad* ein nur den Annalen eigentümlicher Konstruktionswechsel.

12. *transmittere* (hinüberspielen) *bellum,* wie hist. II, 17 (III, 5).

13. *apud principium* I, 69.

15. *praevehi* = praetervehi.

16. *Oceano misceatur,* derselbe Ausdruck Germ. 1.

17. *cognomentum* = nomen; I, 23.

18. *vocabulum* I, 8. 23.

Kap. 7. Einfall in das Land der Chatten und Zug nach der oberen Lippe.

2. *iubet .. duxit* vgl. I, 39 *imperat recepitque.*

3. *castellum* von dem unten erwähnten *Aliso* zu unterscheiden. Die Lage beider läfst sich nicht mit voller Sicherheit feststellen; nur ergiebt sich aus der ganzen Erzählung, dafs jenes höher hinauf lag.

7. *dilapsi* absolut; I, 16. — *nuper* I, 62.

8. *sitam* = positam I, 39. 74.

cerant. restituit aram honorique patris princeps ipse cum legionibus decucurrit; tumulum iterare haud visum. et cuncta inter castellum Alisonem ac Rhenum novis limitibus aggeribusque permunita.

8. Iamque classis advenerat, cum praemisso commeatu et distributis in legiones ac socios navibus fossam, cui Drusianae nomen, ingressus precatusque Drusum patrem ut se eadem ausum libens placatusque exemplo ac memoria consiliorum atque operum iuvaret, lacus inde et Oceanum usque ad Amisiam flumen secunda navigatione pervehitur. classis Amisiae *ore* relicta laevo amne, erratumque in eo quod non subvexit *aut* transposuit militem dextras in terras iturum; ita plures dies efficiendis pontibus absumpti. et eques quidem ac legiones prima aestuaria, nondum adcrescente unda, intrepidi transiere: postremum auxiliorum agmen Batavique in parte ea, dum insultant aquis artemque nandi ostentant, turbati et quidam hausti sunt. metanti castra Caesari Angrivariorum defectio a

---

9. *honori .. decucurrit* = in honorem .. decursionem funebrem instituit. Die Reduplikation nur noch in *adcucurrerant* Agr. 37.

11. *limitibus* I, 50. — *aggeres:* Strafsendämme aus Erde ohne Steinpflaster.

Kap. 8. Fahrt des Germanicus durch den Drususgraben nach der Emsmündung.

2. *distributis in* vgl. I, 55 *dissidere in.* — *Drusianae* Dativ, wie I, 31 *superiori.*

5. *lacus* I, 60.

6. *ore* hinzuzufügen, da *Amisiae* nicht zu *amne* gezogen werden kann. Der lokale Abl. ohne *in* findet sich bei T. oft.

7. *subvexit:* den Flufs hinauf fahren, um die *aestuaria* zu vermeiden.

9. *pontibus,* der Plural auch von einer Brücke, besonders mit Rücksicht auf die Mehrheit von Jochen. Hier wird gerade diese Mehrheit betont, um das Zeitraubende hervorzuheben.

11. *Batavi* werden unter den Hülfsvölkern wegen ihrer Schwimmkunst besonders genannt. Zu der Stellung *parte ea* vgl. I, 19 *legatione ea.*

13. *metanti castra* am Abende des ersten Marschtages. Germanicus zog von der Emsmündung in südöstlicher Richtung nach der mittleren Weser, an der die *Angrivarii* wohnten. Sollen diese sich im Rücken des Germanicus erhoben haben, so mufs ihr Gebiet sich weit nach Westen hin ausgedehnt haben. Der Vorschlag, *Ampsivariorum* zu lesen, ist von einigen Forschern mit dem Bemerken abgelehnt, dafs diese selbst, welche nur etwa als Gefolgschaft mit nicht festen Wohnsitzen erscheinen (XIII, 55 f.), als Teil der Angrivarii im weiteren Sinne anzusehen seien.

tergo nuntiatur: missus ilico Stertinius cum equite et armatura levi igne et caedibus perfidiam ultus est.

9. Flumen Visurgis Romanos Cheruscosque interfluebat. eius in ripa cum ceteris primoribus Arminius adstitit, quaesitoque an Caesar venisset, postquam adesse responsum est, ut liceret cum fratre conloqui oravit. erat is in exercitu cognomento Flavus, insignis fide et amisso per vulnus oculo paucis ante annis duce Tiberio. tum permissu ** progressusque salutatur ab Arminio; qui amotis stipatoribus, ut sagittarii nostra pro ripa dispositi abscederent postulat, et postquam digressi, unde ea deformitas oris interrogat fratrem. illo locum et proelium referente, quodnam praemium recepisset exquirit. Flavus aucta stipendia, torquem et coronam aliaque militaria dona memorat, inridente Arminio vilia servitii pretia.

10. Exim diversi ordiuntur, hic magnitudinem Romanam, opes Caesaris et victis graves poenas, in deditionem venienti paratam clementiam; neque coniugem et filium eius hostiliter haberi: ille fas patriae, libertatem avitam, penetralis Germaniae deos, matrem precum sociam; ne propinquorum et adfinium, denique gentis suae desertor et proditor quam imperator esse

---

15. *igne et caedibus* vgl. K. 52 *incendia et caedes;* XIV, 26 *caedibus et incendiis;* 33 *caedes .. ignes.*

Kap. 9 u. 10. Arminius und Flavus.

9, 1. *Romanos Cheruscosque interfluebat* vgl. hist. III, 5 (Aenus) *Raetos Noricosque interfluit.*

2. *quaesito* in gleicher Konstr. nur noch VI, 15 *quaesito quos .. destinaret.*

4. *erat* vgl. I, 16 *erat in castris.*

6. *permissu* hat man in *permissum* sc. est geändert oder also ergänzt: *permissu imperatoris deducitur a Stertinio* (vgl. K. 10). Eine Unterredung mit einem Feinde durfte nicht ohne Erlaubnis des Feldherrn stattfinden.

8. *pro:* ‚vorn auf‘. Ebenso XV, 3 *pro ripa.*

9. *unde* sc. sit; I, 33. 60; vgl. I, 1 *inde.*

11. *aucta stipendia* I, 26.

10, 1. *diversi:* einander widerstreitend. Die entgegengesetzten Ansichten werden durch *hic .. ille* ohne Verbum dicendi eingeführt; vgl. I, 9 *varie .. hi ..;* 80 *varie traduntur: alii .. quidam.*

3. *coniugem et filium* I, 58.

4. *penetralis* dichterisch für *penates.* Wegen des Zusatzes *Germaniae* sind die Nationalgötter darunter zu verstehen.

5. *matrem,* deren alleinige Erwähnung auf den schon erfolgten Tod des Vaters schliefsen läfst.

6. *imperator* statt *princeps* oder *dux,* findet sich öfter auch von nicht römischen Heerführern.

mallet. paulatim inde ad iurgia prolapsi quo minus pugna consererent ne flumine quidem interiecto cohibebantur, ni Ste tinius adcurrens plenum irae armaque et equum poscente Flavum adtinuisset. cernebatur contra minitabundus Arminiu proeliumque denuntians; nam pleraque Latino sermone interia ciebat, ut qui Romanis in castris ductor popularium meruisse

11. Postero die Germanorum acies trans Visurgim stetit Caesar nisi pontibus praesidiisque inpositis dare in discrime legiones haud imperatorium ratus, equitem vado tramittit praefuere Stertinius et e numero primipilarium Aemilius, distantibus locis invecti, ut hostem diducerent. qua celerrimus amnis Chariovalda dux Batavorum erupit. eum Cherusci fugam simulantes in planitiem saltibus circumiectam traxere: dein coorti et undique effusi trudunt adversos, instant cedentibus collectosque in orbem pars congressi, quidam eminus proturbant Chariovalda diu sustentata hostium saevitia, hortatus suos ut ingruentes catervas globo perfringerent, atque ipse densissimos inrumpens, congestis telis et suffosso equo labitur, ac multi nobilium circa: ceteros vis sua aut equites cum Stertinio Aemilioque subvenientes periculo exemere.

12. Caesar transgressus Visurgim indicio perfugae cognoscit delectum ab Arminio locum pugnae; convenisse et alias nationes in silvam Herculi sacram ausurosque nocturnam castro-

---

7. *pugnam conserere* vgl. VI, 35 *acie conserta.*

8. *cohibebantur, ni .. adtinuisset* vgl. I, 35 *deferebat, ni .. adtinuissent.*

11. *interiaciebat* Taciteisch I, 23.

12. *ductor* von Ausländern, wie IV, 46; XII, 34; hist. III, 47; IV, 21. *meruisset* sc. stipendia.

Kap. 11. Übergang der Römer über die Weser.

2. *nisi* beim Abl. abs. adverbial. — *dare in discrimen* vgl. I, 47 *in casum dare.*

3. *imperatorium* = imperatoris; vgl. Cic. legg. I, 2 *oratorium.*

4. *primipilaris,* wer die erste Centurie einer Legion geführt hatte; diese wurden in der Regel *tribuni* oder *praefecti.*

7. *circumiectam* nur hier mit einem Abl. in der Bedeutung *circumdatam.*

9. *pars* wechselt mit *quidam, congressi* steht dem *eminus* gegenüber.

10. *saevitia* ohne Tadel, wie I, 67.

12. *inrumpere* c. acc. I, 48. — *labitur* dichterisch für *cadit.*

14. *periculo* Dativ; vgl. I, 48 *morti eximant.*

Kap. 12 f. Germanicus erforscht den Mut seiner Soldaten für den bevorstehenden Kampf.

3. *Herculi* Donar. Germ. 9. Zu *silva sacra* vgl. daselbst *lucos ac nemora consecrant.*

rum oppugnationem. habita indici fides et cernebantur ignes, suggressique propius speculatores audiri fremitum equorum inmensique et inconditi agminis murmur attulere. igitur propinquo summae rei discrimine explorandos militum animos ratus, quonam id modo incorruptum foret, secum agitabat. tribunos et centuriones laeta saepius quam comperta nuntiare, libertorum servilia ingenia, amicis inesse adulationem; si contio vocetur, illic quoque quae pauci incipiant reliquos adstrepere. penitus noscendas mentes, cum secreti et incustoditi inter militaris cibos spem aut metum proferrent.

13. Nocte coepta egressus augurali per occulta et vigilibus ignara, comite uno, contectus umeros ferina pelle, adit castrorum vias, adsistit tabernaculis fruiturque fama sui, cum hic nobilitatem ducis, decorem alius, plurimi patientiam, comitatem, per seria per iocos eundem animum laudibus ferrent reddendamque gratiam in acie faterentur, simul perfidos et ruptores pacis ultioni et gloriae mactandos. inter quae unus hostium, Latinae linguae sciens, acto ad vallum equo voce magna coniuges et agros et stipendii in dies, donec bellaretur, sestertios centenos, si quis transfugisset, Arminii nomine pollicetur. incendit ea contumelia legionum iras: veniret dies, daretur pugna;

---

5. *suggressi* ein nur in den Annalen vorkommendes Verbum.

8. *id* explorari.

11. *adstrepere* c. acc. nur noch hist. IV, 49 *ut eadem adstreperent hortari.*

13, 1. *nocte coepta* vgl. I, 65 *coepta luce.* — *augurale* nach Quint. VIII, 2, 8 ein anderer Name für *tabernaculum ducis,* findet sich auch XV, 30. In scharfer Bezeichnung hat man zu unterscheiden zwischen dem eigentlichen *praetorium* und dem rechts davon an der *via principalis* gelegenen *augurale* (*auguratorium, auguraculum*). Die Strafse bei dem heiligen Platz durften Soldaten nicht betreten; daraus erklärt sich *per occulta et vigilibus ignara* (= *ignota;* vgl. I, 5 *gnarus*).

2. *contectus* wie I, 50 *munitus* konstruiert; vgl. unten K. 15 *onustus;* K. 17 *oblitus.* — *ferina pelle,* wie sie namentlich die germanischen Hülfsvölker trugen.

3. *fama sui* auch XV, 49. Überhaupt geht T. in der Anwendung eines solchen objektiven Genetivs über den Sprachgebrauch der klassischen Prosa hinaus, wie unten K. 46 *iactantia sui;* 54 *nostri origine;* IV, 40 *invidia tui;* VI, 22 *initia nostri;* XIV, 9 *sui finem;* XV, 36 *sui abstinentiam.*

5. *per iocos,* die freilich bei Germanicus wohl nur selten vorkamen.

6. *perfidos et ruptores pacis* gegenüber Varus.

7. *inter quae* I, 12.

sumpturum militem Germanorum agros, tracturum coniuges; accipere omen et matrimonia ac pecunias hostium praedae destinare. tertia ferme vigilia adsultatum est castris sine coniectu teli, postquam crebras pro munimentis cohortes et nihil remissum sensere.

14. Nox eadem laetam Germanico quietem tulit, viditque se operatum et sanguine sacri respersa praetexta pulchriorem aliam manibus aviae Augustae accepisse. auctus omine, addicentibus auspiciis, vocat contionem et quae sapientia provisa aptaque inminenti pugnae disserit. non campos modo militi Romano ad proelium bonos, sed si ratio adsit, silvas et saltus; nec enim inmensa barbarorum scuta, enormis hastas inter truncos arborum et enata humo virgulta perinde haberi quam pila et gladios et haerentia corpori tegmina. denserent ictus, ora mucronibus quaererent: non loricam Germano, non galeam, ne scuta quidem ferro nervove firmata, sed viminum textus vel tenuis et fucatas colore tabulas; primam utcumque aciem hastatam, ceteris praeusta aut brevia tela. iam corpus ut visu

---

13. *matrimonia* zur Abwechslung für das eben wiederholt gebrauchte *coniuges.* Vgl. XII, 65 das abstrakte *coniugium* statt des Konkretums.

15. *pro:* ‚vorn auf', wie K. 81; anders K. 80. — *nihil remissum,* wie es I, 65 geschildert wird.

Kap. 14. Traum und Rede des Germanicus.

1. *quietem* I, 65.

2. *operatum* sc. sacris; das Part. Perf. aoristisch: ‚beim Opfer'. Beachte die Konstr. von *vidit* mit Part. und Inf. — *sanguine sacri:* ‚Opferblut'. Die Änderung *sacro* nicht geboten.

3. *auctus:* ‚gehoben' an Mut. Vgl. I, 2 *aucti* und 3 *auxit* von der Hebung des Ansehens.

4. *provisa,* die Vorsichtsmafsregeln werden in der folgenden Rede nicht besonders aufgeführt, da sie sich von den auch sonst üblichen wohl nicht unterschieden.

7. *enormis hastas,* statt *hastas* erwartet man *lanceas* nach Germ. 6 *maioribus lanceis utuntur;* die *hasta* oder *framea* wird ebendaselbst *ad usum habilis* genannt.

8. *haberi:* ‚handhaben'.

9. *densere* dichterisch statt *densare.* Zu dem Imperfekt vgl. I, 19 *decernerent.*

10. *non loricam, non galeam* vgl. Germ. 6 *paucis loricae, vix uni alterive cassis aut galea.*

11. *nervo:* ‚Haut'.

12. *fucatas colore* vgl. Germ. 6 *scuta lectissimis coloribus distinguunt.* — *utcumque:* wie auch immer = einigermafsen, läfst die Art der Bewaffnung als wenig ausreichend erscheinen.

torvum et ad brevem impetum validum, sic nulla vulnerum patientia: sine pudore flagitii, sine cura ducum abire, fugere, pavidos adversis, inter secunda non divini, non humani iuris memores. si taedio viarum ac maris finem cupiant, hac acie parari: propiorem iam Albim quam Rhenum neque bellum ultra, modo se, patris patruique vestigia prementem, isdem in terris victorem sisterent.

15. Orationem ducis secutus militum ardor, signumque pugnae datum. nec Arminius aut ceteri Germanorum proceres omittebant suos quisque testari, hos esse Romanos Variani exercitus fugacissimos, qui ne bellum tolerarent, seditionem induerint; quorum pars onusta vulneribus terga, pars fluctibus et procellis fractos artus infensis rursum hostibus, adversis dis obiciant, nulla boni spe. classem quippe et avia Oceani quaesita, ne quis venientibus occurreret, ne pulsos premeret: sed ubi miscuerint manus, inane victis ventorum remorumve subsidium. meminissent modo avaritiae, crudelitatis, superbiae: aliud sibi reliquum quam tenere libertatem aut mori ante servitium?

16. Sic accensos et proelium poscentes in campum, cui Idisiaviso nomen, deducunt. is medius inter Visurgim et colles,

---

14. *ad impetum validum* auch Germ. 4. Die folgende Schilderung ist rhetorisch übertrieben; vgl. Germ. 6 f.

16. *adversis* Abl. abs. des substantivierten Neutr. Adj. statt *adversis rebus*, wie hist. I, 7 und 69 *subitis;* V, 15 *prosperis.* Der Abl. wechselt mit *inter.*

19. *patris patruique* Drusus und Tiberius drangen bis an die Elbe vor.

Kap. 15. Rede des Arminius.

3. *Variani exercitus,* als wenn Germanicus nur den der Niederlage entgangenen Teil des Varianischen Heeres führte.

4. *seditionem* I, 40.

5. *induerint* vgl. I, 69 *munia induit.* — *pars .. terga* bezieht sich auf die Soldaten des Cäcina I, 63—69, *pars .. artus* auf die des Vitellius I, 70 Die Verbindung *terga .. obiciant* kann als Ironie nicht auffallen.

7. *quippe* Stellung wie I, 47. — *avia* vgl. zu K. 5 *ignotam.*

8. *ne .. ne,* über die Anaphora vgl. I, 10. — *venientibus:* ‚auf der Fahrt‘.

11. *aliud,* indirekte Frage ohne Partikel, wie XIV, 61 *malle populum Romanum .. induci?*

Kap. 16 f. Schlacht auf dem Felde Idisiaviso.

1. *campum* wahrscheinlich zwischen dem Süntel und der nach Vlotho in einem Bogen vorspringenden Weser.

2. *Idisiaviso* wird als Elfenwiese gedeutet. Andere lesen *Idisiavisa.* Jedenfalls steht es im Nominativ,

ut ripae fluminis cedunt aut prominentia montium resistunt, inaequaliter sinuatur. pone tergum insurgebat silva, editis in altum ramis et pura humo inter arborum truncos. campum et prima silvarum barbara acies tenuit: soli Cherusci iuga insedere, ut proeliantibus Romanis desuper incurrerent. noster exercitus sic incessit: auxiliares Galli Germanique in fronte, post quos pedites sagittarii; dein quattuor legiones et cum duabus praetoriis cohortibus ac delecto equite Caesar; exim totidem aliae legiones et levis armatura cum equite sagittario ceteraeque sociorum cohortes. intentus paratusque miles, ut ordo agminis in aciem adsisteret.

17. Visis Cheruscorum catervis, quae per ferociam proruperant, validissimos equitum incurrere latus, Stertinium cum ceteris turmis circumgredi tergaque invadere iubet, ipse in tempore adfuturus. interea pulcherrimum augurium, octo aquilae petere silvas et intrare visae imperatorem advertere. exclamat irent, sequerentur Romanas aves, propria legionum numina. simul pedestris acies infertur et praemissus eques

---

wie I, 45 *Vetera,* oben K. 8 *Erato* und unten K. 80 *Celenderis.*

3. *cedunt* vom Gebirge weg. — *prominentia* Ausläufe des Süntel nach der Weser hin.

4. *sinuatur,* insofern die Flufsufer oder die Bergvorsprünge einzelne *sinus* bilden. *Sinuare* als geogr. Bezeichnung, wie Germ. 35. — *tergum* sc. Germanorum. — *in altum .. pura humo* Hochwald ohne Unterholz.

6. *iuga* wohl den nördlich von der Ebene gelegenen Teil des Süntel.

7. *proeliantibus Romanis* ist Abl. abs., wenn nicht etwa Tac. bei *incurrere* hier ausnahmsweise den Dativ statt des bei ihm regelmäfsigen Acc. (I, 51) gesetzt haben sollte, eine Annahme, welche um so weniger zulässig erscheint, als gleich K. 17 *incurrere latus* folgt.

10. *praetoriis cohortibus* (I, 7), welche dem Feldherrn von Rom aus zur Verfügung gestellt waren.

13. *ordo .. adsisteret:* die Truppen sollten in der Reihenfolge, wie sie zogen, zur Schlacht antreten, sich neben einander aufstellen. *Adsistere* als militärischer Ausdruck auch K. 17. 19; XII, 56 *manipuli adstiterant;* XIV, 34 *eques adstitit.*

17, 3. *circumgredi* absolut, wie I, 64.

4. *p. augurium* voranstehende Apposition; vgl. I, 49 *piaculum.*

5. *advertere:* ‚aufmerksam machen' (vgl. I, 41) nachklassisch.

7. *numina* heifsen die Adler, indem sich Juppiter in ihnen als seinem Symbole kundgiebt; übersetze: Schutzgeister. Ähnlich erklärt Tac. hist. III, 10 die *signa* als *bellorum deos* mit Beziehung auf die an den Feldzeichen befindlichen Brustbilder des Mars, der Minerva und Bellona.

postremos ac latera impulit. mirumque dictu, duo hostium agmina diversa fuga, qui silvam tenuerant, in aperta, qui campis adstiterant, in silvam ruebant. medii inter hos Cherusci collibus detrudebantur, inter quos insignis Arminius manu voce vulnere sustentabat pugnam. incubueratque sagittariis, illa rupturus, ni Raetorum Vindelicorumque et Gallicae cohortes signa obiecissent. nisu tamen corporis et impetu equi pervasit, oblitus faciem suo cruore, ne nosceretur. quidam adgnitum a Chaucis inter auxilia Romana agentibus emissumque tradiderunt. virtus seu fraus eadem Inguiomero effugium dedit: ceteri passim trucidati. et plerosque tranare Visurgim conantes iniecta tela aut vis fluminis, postremo moles ruentium et incidentes ripae operuere. quidam turpi fuga in summa arborum nisi ramisque se occultantes admotis sagittariis per ludibrium figebantur, alios prorutae arbores adflixere.

18. Magna ea victoria neque cruenta nobis fuit. quinta ab hora diei ad noctem caesi hostes decem milia passuum cadaveribus atque armis opplevere, repertis inter spolia eorum catenis, quas in Romanos ut non dubio eventu portaverant. miles in loco proelii Tiberium imperatorem salutavit struxitque aggerem et in modum tropaeorum arma subscriptis victarum gentium nominibus imposuit.

---

9. *campis* lokaler Abl.

11. *detrudere* mit bloſsem Abl. nach dem Vorgange von Dichtern. — *manu:* eigenhändige Teilnahme; *voce:* ermunternder Zuruf; *vulnere,* welche die Kampfgenossen zu neuer Wut antreiben muſste; vgl. Germ. 14 *infame .. superstitem principi suo ex acie recessisse* rel.

13. *rupturus* (st. *perrupturus;* absolut) *ni* wie I, 17 *ausuros, nisi*; 36 *si .. invasurus.*

15. *oblitus* vgl. K. 13 *contectus.*

17. *Inguiomero* Oheim des Arminius I, 60. — *effugium dedit* auch hist. I, 43.

18. *passim:* ‚in Masse‘. In der Bedeutung ‚allenthalben‘ hist. IV, 1 *passim trucidatis, ut quemque fors obtulerat.*

21. *nisi:* ‚hinaufklettern‘.

22. *adflixere* absolut: ‚dahinstrecken‘.

18, 3. *repertis .. catenis* vgl. zu I, 35 *addito.*

4. *ut* zur Einführung einer fremden Ansicht als Grund; vgl. I, 35 *quasi.*

5. *Tiberius* wurde als *imperator* begrüſst, weil Germanicus unter dessen Auspicien handelte.

6. *agger:* Erdhügel.

19. Haud perinde Germanos vulnera, luctus, excidia quam ea species dolore et ira adfecit. qui modo abire sedibus, trans Albim concedere parabant, pugnam volunt, arma rapiunt; plebes primores, iuventus senes agmen Romanum repente incursant, turbant. postremo deligunt locum flumine et silvis clausum, arta intus planitie et umida: silvas quoque profunda palus ambibat, nisi quod latus unum Angrivarii lato aggere extulerant, quo a Cheruscis dirimerentur. hic pedes adstitit: equitem propinquis lucis texere, ut ingressis silvam legionibus a tergo foret.

20. Nihil ex his Caesari incognitum: consilia locos, prompta occulta noverat astusque hostium in perniciem ipsis vertebat. Seio Tuberoni legato tradit equitem campumque; peditum aciem ita instruxit, ut pars aequo in silvam aditu incederet, pars obiectum aggerem eniteretur; quod arduum sibi, cetera legatis permisit. quibus plana evenerant, facile inrupere: quis inpugnandus agger, ut si murum succederent, gravibus superne ictibus conflictabantur. sensit dux inparem comminus pugnam remotisque paulum legionibus funditores libritoresque excutere tela et proturbare hostem iubet. missae e tormentis hastae, quantoque conspicui magis propugnatores, tanto pluribus vulneribus deiecti. primus Caesar cum praetoriis cohortibus capto

---

Kap. 19—22. Eine neue Schlacht.

19, 2. *ea species:* der Anblick des Siegesdenkmals. — *abire* mit lok. Abl. auch K. 69 *Suria.*

3. *arma rapere* I, 49.

5. *flumine* kann nur die Weser sein, da ein anderer Flufs hier mit seinem besondern Namen bezeichnet werden müfste. Das Schlachtfeld war auf der rechten Seite, da Germanicus ja zur Elbe vordringen wollte. Als *profunda palus* haben wir das Steinhuder Meer anzusehen, an dessen Westseite sich noch jetzt Waldungen finden. Die Ebene zwischen der Weser und jenen Wäldern ist wasserreich (Bruch und Moor).

7. *agger:* Grenzwall, Landwehr.

20, 2. *astus* der Plur. auch VI, 44 und XII, 45; nur XIII, 38 das gewöhnlichere *astutiae.* — *vertebat* = se vertebat; I, 18.

3. *tradit .. instruxit* wie K. 7 *iubet .. duxit.*

4. *aequo .. aditu* über die *planities.*

5. *eniti:* ‚erklimmen‘, c. acc., wie hist. I, 23 *Pyrenaeum et Alpes.* — *sibi* sc. sumpsit, aus dem folgenden *permisit* zu entnehmen.

6. *quis* abwechselnd mit *quibus.*

9. *funditores libritoresque,* welche nach XIII, 39 *eminus glandes torquebant* und zwar jene mit der *funda,* diese vermittelst eines Schwungriemens (*libramentum*), welcher an einem

vallo dedit impetum in silvas; conlato illic gradu certatum. hostem a tergo palus, Romanos flumen aut montes claudebant: utrisque necessitas in loco, spes in virtute, salus ex victoria.

21. Nec minor Germanis animus, sed genere pugnae et armorum superabantur, cum ingens multitudo artis locis praelongas hastas non protenderet, non colligeret, neque adsultibus et velocitate corporum uteretur, coacta stabile ad proelium; contra miles, cui scutum pectori adpressum et insidens capulo manus, latos barbarorum artus, nuda ora foderet viamque strage hostium aperiret, inprompto iam *Arminio* ob continua pericula, sive illum recens acceptum vulnus tardaverat. quin et Inguiomerum, tota volitantem acie, fortuna magis quam virtus deserebat. et Germanicus quo magis adgnosceretur, detraxerat tegimen capiti orabatque insisterent caedibus: nil opus captivis, solam internicionem gentis finem bello fore. iamque sero diei subducit ex acie legionem faciendis castris: ceterae ad noctem cruore hostium satiatae sunt. equites ambigue certavere.

22. Laudatis pro contione victoribus Caesar congeriem armorum struxit, superbo cum titulo: debellatis inter Rhenum Albimque nationibus exercitum Tiberii Caesaris ea monimenta Marti et Iovi et Augusto sacravisse. de se nihil addidit, metu invidiae an ratus conscientiam facti satis esse. mox bellum

---

dicken Steine befestigt war; diese Schleudersteine hiefsen *librilia*.

13. *dare impetum* ein durch Livius eingebürgerter Ausdruck. — *conlato gradu* auch hist. II, 42; bei Livius *conlato pede:* ‚Mann gegen Mann‘.

15. *in* .. *ex,* welche verschiedene Verba sind bei den versch. Präpositionalausdrücken zu ergänzen?

21, 3. *colligere* gewinnt im Gegensatze zu *protendere* die Bedeutung von *reducere.* — *adsultibus* nur noch Verg. A. V, 442.

6. *nuda ora,* da nach Germ. 6 *vix uni alterive cassis aut galea.*

8. *sive* nur im zweiten Gliede; vgl. I, 6; unten K. 24. — *recens* adverbial = *paulo ante* oder *modo,* von Tac. zum Part. Perf. und in den Ann. auch zu einem Adjektiv mit Participialbedeutung (VI, 10 *r. continuam;* XII, 63 *r. fessus*) gesetzt.

9. *volitantem* mit dem Nebenbegriff der Keckheit; vgl. I, 59.

12. *sero diei* wie Livius statt *sero die.*

13. *faciendis castris* fin. Dat.; bei *ducere* nur der Dativ *praesidio* III, 9, wogegen das Gerundiv mit *ad,* wie III, 39 *ad exsolvendum obsidium.*

22, 4. *metu* .. *an* vgl. I, 13 *casu an.*

in Angrivarios Stertinio mandat, ni deditionem properavissent. atque illi supplices nihil abnuendo veniam omnium accepere.

23. Sed aestate iam adulta legionum aliae itinere terrestri in hibernacula remissae; plures Caesar classi inpositas per flumen Amisiam Oceano invexit. ac primo placidum aequor mille navium remis strepere aut velis inpelli: mox atro nubium globo effusa grando, simul variis undique procellis incerti fluctus prospectum adimere, regimen inpedire; milesque pavidus et casuum maris ignarus dum turbat nautas vel intempestive iuvat, officia prudentium corrumpebat. omne dehinc caelum et mare omne in austrum cessit, qui umidis Germaniae terris, profundis amnibus, immenso nubium tractu validus et rigore vicini septentrionis horridior rapuit disiecitque naves in aperta Oceani aut insulas saxis abruptis vel per occulta vada infestas. quibus paulum aegreque vitatis, postquam mutabat aestus eodemque quo ventus ferebat, non adhaerere ancoris, non exhaurire inrumpentis undas poterant: equi, iumenta, sarcinae, etiam arma praecipitantur, quo levarentur alvei, manantes per latera et fluctu superurgente.

---

6. *ni .. properavissent* gehört zu *bellum* = ut bellum inferret, *ni*.

7. *nihil* von dem, was ihnen auferlegt wurde.

Kap. 23 f. Rückkehr der Römer. Seesturm.

1. *adulta* = media. Nach Servius ad Verg. Georg. I, 43 wurde in jeder Jahreszeit der erste Monat *novus,* der zweite *adultus,* der dritte *praeceps* genannt.

2. *per flumen Amisiam,* die Flotte war also höher hinauf gekommen.

4. *velis impelli,* insofern durch die Segel das Schiff und durch dieses das Meer in Bewegung gesetzt wird. — *nubium globus* ungewöhnlich.

8. *corrumpebat* = inrita faciebat; vgl. XV, 71 *veniam .. vanitate exitus corrupit.* — *dehinc* = deinde, gewöhnlich nachgestellt; vgl. I, 67.

9. *in austrum cessit:* kam in die Gewalt des Südwinds. Vgl. I, 1 *arma in Augustum cessere.* — *umidis terris, profundis amnibus* Abl. abs. zur Angabe der die Bildung von Wolken begünstigenden Umstände.

10. *immenso n. tractu* gehört zu *validus;* die Ansicht, dafs Wolken die Winde verstärken, findet sich auch bei Sen. quaest. nat. V, 5.

12. *insulas saxis abruptis,* wie Helgoland. — *vada:* ‚Watten‘; I, 70.

13. *paulum* = vix. — *mutabat* intransitiv, wie bei Livius. Der Wechsel der Strömung ist von der Ebbe zu verstehen.

14. *adhaerere .. exhaurire* mit wechselndem Subjekt.

16. *manantes* erklärt sich aus zwei Ursachen: *per latera,* welche aus den Fugen gegangen, und *fluctu superurgente,* indem das Wasser über Bord

24. Quanto violentior cetero mari Oceanus et truculentia caeli praestat Germania, tantum illa clades novitate et magnitudine excessit, hostilibus circum litoribus aut ita vasto et profundo, ut credatur novissimum ac sine terris mare. pars navium haustae sunt, plures apud insulas longius sitas eiectae; milesque nullo illic hominum cultu fame absumptus, nisi quos corpora equorum eodem elisa toleraverant. sola Germanici triremis Chaucorum terram adpulit; quem per omnes illos dies noctesque apud scopulos et prominentis oras, cum se tanti exitii reum clamitaret, vix cohibuere amici quo minus eodem mari oppeteret. tandem relabente aestu et secundante vento claudae naves raro remigio aut intentis vestibus, et quaedam a validioribus tractae, revertere; quas raptim refectas misit ut scrutarentur insulas. collecti ea cura plerique: multos Angrivarii nuper in fidem accepti redemptos ab interioribus reddidere; quidam in Britanniam rapti et remissi a regulis. ut quis ex longinquo revenerat, miracula narrabant, vim turbinum et

---

schlug (*superurgere* sonst nicht gebräuchlich).

24, 1. *Quanto violentior* est .. *et* quantum *truculentia* (= saevitia) *caeli* aliis terris *praestat G., tantum illa clades* alias clades *excessit.*

3. *hostilibus circum* kann verschieden aufgefafst werden, jenachdem man jenes oder dieses als Prädikat oder Attribut nimmt. Zum Gebrauch eines Adverbiums als Präd. im Abl. abs. vgl. XI, 22 *nullis palam causis*; XVI, 5 *multis palam et pluribus occultis;* Agr. 10 *nullis contra terris;* hist. III, 26 *nullo iuxta subsidio.* Wird *circum* als Prädikat genommen, so gehört es auch zu dem substantivierten *vasto et profundo;* sonst ist hierzu *mari* aus dem Nebensatze herüberzunehmen.

4. *novissimum,* quo cingi cludique terrarum orbem fides, Germ. 45. — *sine terris:* nullis contra terris, Agr.10.

5. *longius* wohl an der Westküste der cimbrischen Halbinsel.

7. *tolerare* in der seltenen Bedeutung: erhalten, das Leben fristen. Das Plusqpf. im Hinblick auf die unten durch *collecti* angegebene Zeit.

8. *adpellere* mit dem blofsen Acc. *terram* nur hier; bei dem Namen einer Stadt K. 54 *Colophona,* 79 *Laodiciam.*

9. *scopulos* nicht im gewöhnlichen Sinne, sondern aus Steinblöcken gebildete Riffe.

11. *oppeteret* sc. mortem; so noch IV, 50.

12. *claudae naves* auch Liv. XXXVII, 24. — *intentis vestibus* vgl. hist. V, 23 *lintres sagulis .. pro velis iuvabantur.*

16. *reguli* Fürsten entweder mit geringer Macht oder von den Römern als *reges* nicht anerkannt; vgl. Agr. 24.

inauditas volucres, monstra maris, ambiguas hominum et beluarum formas, visa sive ex metu credita.

25. Sed fama classis amissae ut Germanos ad spem belli, ita Caesarem ad coercendum erexit. C. Silio cum triginta peditum, tribus equitum milibus ire in Chattos imperat; ipse maioribus copiis Marsos inrumpit, quorum dux Mallovendus nuper in deditionem acceptus propinquo luco defossam Varianae legionis aquilam modico praesidio servari indicat. missa extemplo manus quae hostem a fronte eliceret, alii qui terga circumgressi recluderent humum; et utrisque adfuit fortuna. eo promptior Caesar pergit introrsus, populatur, excindit non ausum congredi hostem aut, sicubi restiterat, statim pulsum nec umquam magis, ut ex captivis cognitum est, paventem. quippe invictos et nullis casibus superabiles Romanos praedicabant, qui perdita classe, amissis armis, post constrata equorum virorumque corporibus litora eadem virtute, pari ferocia et velut aucti numero inrupissent.

26. Reductus inde in hiberna miles, laetus animi quod adversa maris expeditione prospera pensavisset. addidit munificentiam Caesar, quantum quis damni professus erat, exsolvendo. nec dubium habebatur labare hostes petendaeque pacis

---

18. *ambiguas . . formas:* Zwittergestalten; vgl. Germ. 46 *ora hominum vultusque, corpora atque artus ferarum.*

Kap. 25. Züge gegen die Chatten und Marsen.

2. *ad coercendum* sc. hostem. — *Silius,* Legat des obern Heeres I, 31.

3. *imperare* c. inf. auch XV, 28.

5. *luco,* wo überhaupt die Feldzeichen aufbewahrt wurden. Germ. 7.

8. *recludere humum,* wie Verg. G. II, 423 *tellus recluditur.*

9. *excindit* (vertilgt) *hostem* auch hist. V, 16; vgl. a. XII, 39 *Sugambri excisi.* Öfter mit sachl. Objekt.

12. *invictos* das Part. in derselben Bedeutung, wie das seltenere Adj. *superabiles.*

Kap. 26. Zurückberufung des Germanicus.

1. *animi* dieser Gen. sehr oft bei relat. Adj.

2. *pensare* = compensare, auch IV, 74; hist. III, 26. Agr. 22.

3. *exsolvere* wie I, 36.

4. *nec dubium habebatur* wohl nur von Germanicus und seinen Anhängern. Über die irrige Ansicht vgl. Peter r. G. III, 178. — *labare hostes* Acc. c. inf. nach negiertem Ausdruck des Zweifels besonders seit Livius nicht ungewöhnlich; vgl. K. 36 u. 43.

consilia sumere, et si proxima aestas adiceretur, posse bellum patrari. sed crebris epistulis Tiberius monebat rediret ad decretum triumphum; satis iam eventuum, satis casuum. prospera illi et magna proelia: eorum quoque meminisset quae venti et fluctus, nulla ducis culpa, gravia tamen et saeva damna intulissent. se noviens a divo Augusto in Germaniam missum plura consilio quam vi perfecisse. sic Sugambros in deditionem acceptos, sic Suebos regemque Maroboduum pace obstrictum. posse et Cheruscos ceterasque rebellium gentes, quoniam Romanae ultioni consultum esset, internis discordiis relinqui. precante Germanico annum efficiendis coeptis, acrius modestiam eius adgreditur alterum consulatum offerendo, cuius munia praesens obiret. simul adnectebat, si foret adhuc bellandum, relinqueret materiem Drusi fratris gloriae, qui nullo tum alio hoste non nisi apud Germanias adsequi nomen imperatorium et deportare lauream posset. haud cunctatus est ultra Germanicus, quamquam fingi ea seque per invidiam parto iam decori abstrahi intellegeret.

27. Sub idem tempus e familia Scriboniorum Libo Drusus

---

5. *bellum patrari* auch III, 47 und hist. III, 64, altertümlich.

6. *ad decretum triumphum* vgl. I, 55.

7. *eventus:* ‚Erfolg‘, nachklassisch; auch Agr. 22 u. 27; hist. V, 10.

10. *noviens* in den 9 Jahren 9, 8, 7 vor, 4, 5, 6, 9, 10, 11 n. Chr.

11. *Sugambros* 8 v. Chr. *excisi aut in Gallias traiecti* XII, 39.

12. *Maroboduum* 6 n. Chr.; vgl. K. 46. — *obstrictum,* der Sing. mit Bezug auf *Maroboduum* als Hauptperson, wie I, 10; 70 *Caesarem exercitumque reducem.*

14. *consultum esset* (nicht *est*), da bei T. in einem durch *quoniam* eingeleiteten Nebensatze zu einem Acc. c. inf. in der Regel der Konjunktiv steht, zudem hier auch nur ein erdichteter Grund vorliegt (s. unten *fingi*). Wäre es nur ein Zusatz des Schriftstellers, so stände *erat;* daraus ergiebt sich, dafs *esset,* nicht *sit* zu schreiben ist. — *internis discordiis,* über welche Germ. 33.

16. *munia* I, 2.

17. *praesens,* das Konsulat war nach alter Sitte in Rom anzutreten. — *adnectebat* st. addebat auch IV, 28. — *adhuc:* noch ferner, wie I, 48.

18. *materiem* im übertragenen Sinne, wo sonst gew. *materia,* wie Germ. 14 *materia munificentiae;* vgl. a. I, 35.

19. *apud Germanias* I, 5.

20. *lauream* hier in dem Sinne von *triumphus,* wobei der Feldherr einen Lorbeerkranz und Zweig trug und dem Juppiter auf dem Kapitol darbrachte.


22. *abstrahi* K. 5.

C. Vorgänge in Rom.
K. 27—41.

Kap. 27—32. Prozefs des Libo.

27, 1. *familia Scriboniorum:*

defertur moliri res novas. eius negotii initium, ordinem, finem curatius disseram, quia tum primum reperta sunt quae per tot annos rem publicam exedere. Firmius Catus senator, ex intima Libonis amicitia, iuvenem inprovidum et facilem inanibus ad Chaldaeorum promissa, magorum sacra, somniorum etiam interpretes impulit, dum proavum Pompeium, amitam Scriboniam, quae quondam Augusti coniunx fuerat, consobrinos Caesares, plenam imaginibus domum ostentat, hortaturque ad luxum et aes alienum, socius libidinum et necessitatum, quo pluribus indiciis inligaret.



2. *defertur,* wie überhaupt die Verba des Anklagens und Überführens, mit einem Inf. auch III, 22; VI, 19 und XIII, 23; nur bei Tacitus.

3. *curatius* st. accuratius, wie I, 13. — *disserere* c. acc. I, 4.

4. *ex intima amicitia* auch K. 77 = unus ex intimis amicis.

5. *inanibus,* der Dativ des subst. Neutr. Plur. abhängig von *facilis:* leicht zugänglich für leere, unbegründete Dinge, leichtgläubig; vgl. hist. II, 17 *faciles occupantibus.*

6. *Chaldaei* Sterndeuter, *magi* Zauberer, welche Kinder opferten und Seelen der Abgeschiedenen erscheinen machten; vgl. K. 28. Wer diese über seine Zukunft befragte, wurde damals als ein schwerer Verbrecher angesehen.

7. *amita* Grofstante des M. Drusus Libo war *Scribonia* als Schwester seines Grofsvaters L. Libo. Da ferner sein Vater M. Livius Drusus Libo durch die Adoption des M. Livius Drusus Claudianus Bruder der Livia geworden, so waren deren Nachkommen, *Caesares,* die *consobrini* unseres Libo Drusus.

10. *necessitatum:* ,Verlegenheiten', entspricht dem *aes alienum,* wie *libidinum* dem *luxum.*

11. *inligare* in der übertr. Bedeutung ,verstricken' steht in der Regel mit einem Abl., wogegen es in der eigentl. Bedeutung ,befestigen an' den Dativ bei sich hat.

28. Ut satis testium et qui servi eadem noscerent repperit, aditum ad principem postulat, demonstrato crimine et reo per Flaccum Vescularium equitem Romanum, cui propior cum Tiberio usus erat. Caesar indicium haud aspernatus congressus abnuit: posse enim eodem Flacco internuntio sermones commeare. atque interim Libonem ornat praetura, convictibus adhibet, non vultu alienatus, non verbis commotior (adeo iram condiderat); cunctaque eius dicta factaque, cum prohibere posset, scire malebat, donec Iunius quidam, temptatus ut infernas umbras carminibus eliceret, ad Fulcinium Trionem indicium detulit. celebre inter accusatores Trionis ingenium erat avidumque famae malae. statim corripit reum, adit consules, cognitionem senatus poscit. et vocantur patres, addito consultandum super re magna et atroci.

29. Libo interim veste mutata cum primoribus feminis circumire domos, orare adfines, vocem adversum pericula poscere, abnuentibus cunctis, cum diversa praetenderent, eadem formidine. die senatus metu et aegritudine fessus, sive, ut tradidere quidam, simulato morbo, lectica delatus ad fores curiae innisusque fratri et manus ac supplices voces ad Tiberium tendens immoto eius vultu excipitur. mox libellos et

28, 1. *qui servi .. noscerent* = *adgnoscentes servos* (K. 30). *noscere* in der Bedeutung ‚als wahr anerkennen, als richtig einräumen' auch XV, 60 *responsa noscere.*

2. *demonstrato* nachgestellter Abl. abs. (I, 35), aufzulösen: ‚wobei er zur Anzeige brachte'.

3. *Vescularius* einer der ältesten Freunde des Tiberius, welchem er nach VI, 10 auch nach Rhodus und Capreae folgte.

6. *commeare* von *sermones,* wie IV, 41 von *literae;* gewöhnlicher mit dem persönl. Subjekt *nuntii.* — *convictibus adhibet,* wogegen hist. II, 68 *adhibito ad epulas Verginio.*

9. *temptatus:* ‚angegangen', besonders von eindringlichen Bitten, Versprechungen und Drohungen, wie hist. I, 75 *promissis ac minis temptabantur.*

13. *et* mit gleich folgendem Verbum: ‚und wirklich'. — *addito:* ‚mit dem Bemerken'; I, 35. — *consultare super* auch VI, 21 und XI, 3.

29, 2. *vocem* sc. patroni; vgl. K. 30 *sine patrono.*

4. *sive* nur beim zweiten Gliede, welches eine weniger glaubliche Ansicht enthält.

6. *fratri* L. Libo, Konsul bis zum 1. Juli 16, wo er seine Stelle nach damaliger Gewohnheit einem suffectus räumte. Der Prozefs war im September; vgl. K. 32.

7. *tendens* auch auf *voces* übertragen; vgl. Verg. A. III, 176 *tendo .. cum voce manus.* — *libellos:* die Anklageschrift.

auctores recitat Caesar ita moderans, ne lenire neve asperare crimina videretur.

30. Accesserant praeter Trionem et Catum accusatores Fonteius Agrippa et C. Vibius, certabantque cui ius perorandi in reum daretur, donec Vibius, quia nec ipsi inter se concederent et Libo sine patrono introisset, singillatim se crimina obiecturum professus, protulit libellos vaecordes adeo, ut consultaverit Libo, an habiturus foret opes quis viam Appiam Brundisium usque pecunia operiret. inerant et alia huiusce modi stolida vana, si mollius acciperes, miseranda. uni tamen libello manu Libonis nominibus Caesarum aut senatorum additas atroces vel occultas notas accusator arguebat. negante reo adgnoscentes servos per tormenta interrogari placuit. et quia vetere senatus consulto quaestio in caput domini prohibebatur, callidus et novi iuris repertor Tiberius mancipari singulos actori publico iubet, scilicet ut in Libonem ex servis salvo senatus consulto quaereretur. ob quae posterum diem reus petivit domumque digressus extremas preces P. Quirinio propinquo suo ad principem mandavit.

31. Responsum est ut senatum rogaret. cingebatur interim milite domus, strepebant etiam in vestibulo, ut audiri, ut aspici

---

30, 2. *perorare:* die Anklagerede halten.

3. *inter se concedere:* ‚sich einigen‘; auch XI, 9.

4. *singillatim:* ‚Punkt für Punkt‘.

5. *libellos:* Schriften des Libo. — *consultaverit* sc. magos. Über das Perf. nach *adeo* vgl. I, 3.

8. *uni libello* abhängig von *additas,* wird näher erklärt durch *nominibus.* Andere lassen nur das zunächst stehende *nominibus* von *additas* abhängen und lesen *uno* (= in uno) *libello.*

10. *atrox:* ‚schrecklich‘; vgl. XII, 35 *nihil nisi atrox .. terrebat.* — *vel* unterscheidet, wie I, 55 *aut,* zwei Arten: die eine — die andere, teils — teils. — *occultas:* dunkel, also verdächtig.

11. *per tormenta* Aussagen von Sklaven hatten nur dann Gültigkeit, wenn sie auf der Folter bestätigt wurden.

12. *quaestio .. prohibebatur* vgl. Cic. p. r. Deiot. 1 *more maiorum de servo in dominum ne tormentis quidem quaeri licet* und p. Mil. 22 *de servis nulla quaestio est in dominum nisi de incestu.*

13. *actor publicus* ein Beamter der Staatskasse, welcher für diese Eigentum erwerben konnte.

14. *scilicet* hebt mit Ironie den aus dem Zusammenhange ohnehin schon bekannten Zweck der Übertragung hervor.

ossent, cum Libo ipsis quas in novissimam voluptatem adhiuerat epulis excruciatus vocare percussorem, prensare servorum extras, inserere gladium. atque illis, dum trepidant, dum efugiunt, evertentibus adpositum *in* mensa lumen, feralibus am sibi tenebris duos ictus in viscera derexit. ad gemitum onlabentis adcurrere liberti, et caede visa miles abstitit. accuatio tamen apud patres adseveratione eadem peracta, iuravitue Tiberius petiturum se vitam quamvis nocenti, nisi volunariam mortem properavisset.

32. Bona inter accusatores dividuntur, et praeturae extra ordinem datae iis qui senatorii ordinis erant. tunc Cotta Messalinus, ne imago Libonis exsequias posterorum comitaretur, censuit, Cn. Lentulus, ne quis Scribonius cognomentum Drusi adsumeret. supplicationum dies Pomponii Flacci sententia con-

---

31, 3. *ipsis .. epulis,* selbst das Mahl bewirkte nicht nur nicht *voluptatem,* sondern bereitete dem Angeklagten bei seiner innern Aufregung sogar Qualen.

4. *vocare,* der sogen. hist. Inf. in einem relativisch mit *cum* angefügten Hauptsatze, auch K. 40; IV, 50; VI, 44; XI, 34; XIV, 5; hist. III, 31; schon bei Sallust und Livius (Schultz 365 A. 3).

5. *dum* mit dem Ind. Präs. zur Bezeichnung derjenigen Handlung, welche gegen den Willen des Handelnden die Veranlassung zu dem im übergeordneten Satze angegebenen Unglücksfalle wird; vgl. I, 75.

6. *feralibus iam sibi tenebris:* ‚bei dem ihn schon umgebenden Grabesdunkel‘, da er ja das Licht nicht wieder erblicken sollte.

9. *adseveratio* = severitatis species, Ernst im Handeln, auch IV, 19 und VI, 2.

10. *petiturum* sc. fuisse, welches in den Annalen gewöhnlich ausgelassen wird, wenn sich das Tempus des zu ergänzenden Hülfsverbums schon aus dem Zusammenhange ergiebt.

32, 1. *bona* das Vermögen des Schuldigen wurde nach der lex Julia de maiestate zu Belohnungen für die Ankläger verwendet, wenn der Senat sie deren für würdig hielt; vgl. IV, 20, wo den Anklägern der vierte Teil des Vermögens *secundum necessitudinem legis* zuerkannt wird. Hier kam noch hinzu, dafs die Ankläger vom Senatorenstande aufser der Reihenfolge, d. h. bevor sie nach den gesetzlichen Bestimmungen, da sie entweder das vorgeschriebene Alter noch nicht erreicht oder ein kurulisches Amt noch nicht bekleidet hatten, an der Reihe waren, zur Prätur befördert wurden.

3. *imago,* die Bildnisse der Ahnen pflegte man bei Leichenbegängnissen vorzutragen.

4. *Drusi* des Adoptivvaters, von welchem Tiberius ein direkter Nachkomme war; vgl. zu K. 27.

5. *Pomponius Flaccus* damals designierter Konsul.

stituti. dona Iovi, Marti, Concordiae, utque iduum Septembrium dies, quo se Libo interfecerat, dies festus haberetur, L. Piso et Gallus Asinius et Papius Mutilus et L. Apronius decrevere; quorum auctoritates adulationesque rettuli, ut sciretur vetus id in re publica malum. facta et de mathematicis magisque Italia pellendis senatus consulta; quorum e numero L. Pituanius saxo deiectus est, in P. Marcium consules extra portam Esquilinam, cum classicum canere iussissent, more prisco advertere.

33. Proximo senatus die multa in luxum civitatis dicta a Q. Haterio consulari, Octavio Frontone praetura functo; decretumque ne vasa auro solida ministrandis cibis fierent, ne vestis serica viros foedaret. excessit Fronto ac postulavit modum argento, supellectili, familiae: erat quippe adhuc frequens senatoribus, si quid e re publica crederent, loco sententiae promere.

---

6. *dona .. utque* vgl. I, 15 *decreta pecunia utque .. veste uterentur.*

7. *L. Piso* (in d. Handschr. blofs L. P.) auch K. 34.

9. *auctoritates* sind hier die im Senate angeregten Beschlüsse (vgl. *auctoritas senatus* oder *patrum*); dazu tritt *adulationes* erklärend hinzu, so dafs sich das Ganze auffassen läfst = *sententiae adulatoriae.*

10. *mathematici* die K. 27 *Chaldaei* genannten Astrologen.

11. *saxo* ohne *Tarpeio* auch IV, 29; ebenso bei andern Schriftstellern.

12. *extra p. Esquilinam,* wo die Hinrichtungen gewöhnlich stattfanden.

13. *classicum canere,* am Tage einer Hinrichtung liefs man auf den Hauptplätzen der Stadt und zuletzt vor der Thüre des Verurteilten die Posaune blasen. — *prisco* = maiorum. Demgemäfs wurde der Sträfling zunächst mit Ruten gepeitscht, dann mit einem Beile enthauptet. — *advertere in:* ‚eine Strafe vollziehen an‘, wie V, 9 *placitum ut in reliquos Seiani liberos adverteretur.* Ohne persönl. Objekt III, 52; IV, 35 und XIII, 28. Andere *animadvertere* oder *punire.*

Kap. 33. Verordnungen gegen den Luxus.

2. *Octavio,* Eigennamen, auch wenn sie nicht Amtsgenossen bezeichnen, bei T. öfter ohne Bindewort (Asyndeton enumerativum).

3. *auro solida* auch XIII, 10 = ex auro solido fabicrata: ‚ganz von Gold‘. — *vestis serica* ein Gewand aus der von den Serern in Indien gewebten Seide.

4. *excessit* sc. decretum, indem er den Beschlufs auf noch andere Dinge ausgedehnt wissen wollte, wie sich ergiebt aus dem erklärenden Zusatz *ac postulavit.*

5. *familiae* = servis. — *adhuc* bei einem Impf. auch V, 3 und XIV, 63.

6. *e re publica* sc. esse. — *loco sententiae:* bei der ordnungsmäfsigen Abgabe seiner Stimme, wo nämlich die Reihe an ihn kam. Das Gegenteil ist, *extra ordinem* aufser der Reihe sprechen.

ntra Gallus Asinius disseruit: auctu imperii adolevisse etiam ivatas opes, idque non novum, sed e vetustissimis moribus: am apud Fabricios, aliam apud Scipiones pecuniam; et cuncta rem publicam referri, qua tenui angustas civium domos, stquam eo magnificentiae venerit, gliscere singulos. neque familia et argento quaeque ad usum parentur nimium iquid aut modicum nisi ex fortuna possidentis. distinctos natus et equitum census, non quia diversi natura, sed ut cis ordinibus dignationibus antistent, ita iis quae ad requiem imi aut salubritatem corporum parentur, nisi forte clarissimo iique plures curas, maiora pericula subeunda, delenimentis rarum et periculorum carendum esse. facilem adsensum allo sub nominibus honestis confessio vitiorum et similitudo udientium dedit. adiecerat et Tiberius non id tempus censurae iec, si quid in moribus labaret, defuturum corrigendi auctorem.

34. Inter quae L. Piso ambitum fori, corrupta iudicia, saevitiam oratorum accusationes minitantium increpans, abire

---

7. *contra* gehört zu *disseruit,* dient ilso nicht zur Gegenüberstellung des ganzen Satzes. — *auctu* I, 56; im ibertr. Sinne auch hist. IV, 63 *opulentia auctuque.*

10. *ad .. referri:* ‚richte sich nach'.

13. *aliquid* im negativen Satze giebt zu, dafs sich ein Zuviel wohl findet, leugnet aber dessen Vorkommen in dem angeführten Falle.

14. *diversi* a reliquis civibus. — *sed ut .. antistent, ita iis* sc. antistare. Nach *non quia* und *non quod* folgt bei T. oft ein mit *sed* angefügtes Satzglied in unabhängiger Form. Andere, welche *ut* final fassen, ergänzen: sed ut, *sicut* locis .. antistent, ita iis *antistent.*

15. *locis* im Theater, wo sie die ersten 14 Sitzreihen hatten. — *dignationes* (nur hier im Plur.) Rangstellung.

16. *nisi forte* mit folgendem Acc. c. inf. in gleicher Konstruktion mit dem Hauptsatze der indir. Rede findet sich sonst nicht; es ist dem Griechischen nachgebildet (Herod. III, 105 *εἰ μὴ προλαμβάνειν τοὺς Ἰνδοὺς τῆς ὁδοῦ ..., οὐδένα ἂν σφεων ἀποσώζεσθαι*). — *clarissimo* ist hier der schon durch seine Herkunft Angesehene.

19. *sub nominibus honestis confessio vitiorum:* der Umstand, dafs man unter Berufung auf ehrenhafte Anlässe, wie Stand und Vermögen sie boten, seine Fehler (luxuria) einzugestehen kein Bedenken trug.

21. *auctorem,* nämlich der Kaiser selbst als Censor.

Kap. 34. Freimut des L. Piso. Übermacht der Urgulania.

1. *inter quae* (I, 12) bei Gelegenheit der erwähnten Verhandlung. — *ambitum fori:* das Erschleichen der richterlichen Gunst, wie I, 2. 75.

2. *abire .. cedere,* das Präsens von der unmittelbar bevorstehenden und rasch abgeschlossenen Handlung.

se et cedere urbe, victurum in aliquo abdito et longinquo rur testabatur; simul curiam relinquebat. commotus est Tiberiu et quamquam mitibus verbis Pisonem permulsisset, propinquo quoque eius impulit ut abeuntem auctoritate vel precibus ten rent. haud minus liberi doloris documentum idem Piso mo dedit vocata in ius Urgulania, quam supra leges amicitia Au gustae extulerat. nec aut Urgulania obtemperavit, in domum Caesaris spreto Pisone vecta, aut ille abscessit, quamquam Augusta se violari et imminui quereretur. Tiberius hactenu indulgere matri civile ratus, ut se iturum ad praetoris tribu nal, adfuturum Urgulaniae diceret, processit Palatio, proc sequi iussis militibus. spectabatur occursante populo compo situs ore et sermonibus variis tempus atque iter ducens, donec propinquis Pisonem frustra coercentibus deferri Augusta pecu niam, quae petebatur, iuberet. isque finis rei, ex qua neque Piso inglorius et Caesar maiore fama fuit. ceterum Urgulaniae potentia adeo nimia civitati erat, ut testis in causa quadam, quae apud senatum tractabatur, venire dedignaretur: missus est praetor qui domi interrogaret, cum virgines Vestales in foro et iudicio audiri, quotiens testimonium dicerent, vetus mos fuerit.

35. Res eo anno prolatas haud referrem, ni pretium foret Cn. Pisonis et Asinii Galli super eo negotio diversas sententias noscere. Piso, quamquam afuturum se dixerat Caesar, *ob id*

---

7. *liber:* der sich freimütig äufsert.

8. *Urgulania* noch erwähnt IV, 21 f., sonst nicht bekannt.

10. *abscessit* = abstitit.

12. *civile* I, 54.

13. *procedere* mit blofsem Abl. dichterisch.

14. *militibus* vgl. I, 7 *miles in forum, miles in curiam comitabatur.* — *compositus ore:* in ruhiger Fassung; vgl. I, 7 *vultu composito.*

15. *tempus atque iter* = tempus itineris. — *ducens* = producens, trahens.

20. *dedignari* c. inf., wie K. 45, dichterisch.

Kap. 35. Vertagung öffentlicher Verhandlungen.

1. *res proferre* ist die übliche Bezeichnung für die Aussetzung von Verhandlungen im Senate oder vor Gericht wegen Ferien, Festspiele u. dgl. Hier aber waren schon Termine angesetzt, und nur die Abwesenheit des Kaisers gab die Veranlassung zum Hinausschieben. — *pretium foret* ohne *operae,* wie I, 57.

3. *dixerat,* der Indikativ, um etwas rein Thatsächliches aus dem Bereich des abhängigen Gedankens herauszuheben. Denn *ob id* soll nicht auf

magis agendas censebat, ut absente principe senatum et equites posse sua munia sustinere decorum rei publicae foret. Gallus, quia speciem libertatis Piso praeceperat, nihil satis inlustre aut ex dignitate populi Romani nisi coram et sub oculis Caesaris, eoque conventum Italiae et adfluentis provincias praesentiae eius servanda dicebat. audiente haec Tiberio ac silente magnis utrimque contentionibus acta, sed res dilatae.

36. Et certamen Gallo adversus Caesarem exortum est. nam censuit in quinquennium magistratuum comitia habenda, utque legionum legati, qui ante praeturam ea militia fungebantur, iam tum praetores destinarentur, princeps duodecim candidatos in annos singulos nominaret. haud dubium erat eam sententiam altius penetrare et arcana imperii temptari. Tiberius tamen, quasi augeretur potestas eius, disseruit: grave moderationi suae tot eligere, tot differre. vix per singulos annos offensiones vitari, quamvis repulsam propinqua spes soletur: quantum odii fore ab iis qui ultra quinquennium proi-

---

dicere, sondern auf *abesse* bezogen werden.

4. *agendas* sc. res. — *equites,* aus welchen ein Teil der Richter genommen wurde.

8. *adfluentis* das Part. Praes. neben *conventum* vertritt ein Subst.

9. *haec* Subjekt, eingeschoben, um *audiente* mehr hervortreten zu lassen.

10. *dilatae* st. des gewöhnlicheren *prolatae.*

Kap. 36. Ablehnung einer Änderung der Beamtenwahl.

2. *in quinquennium,* so dafs zum erstenmal alle höhere Beamte für die nächsten fünf Jahre, dann von Jahr zu Jahr jedesmal die für ein weiteres fünftes Jahr gewählt würden.

3. *ut* neben dem Gerundiv, wie I, 14. — *ante praeturam,* gewöhnlich ging die Prätur der Ernennung zum Legionslegaten voraus. — *fungebantur,* der Modus der dir. Rede bei T. besonders in Relativsätzen häufig; I, 10. 39. 53. II, 88 u. a.

4. *iam tum* gleich bei der Ernennung zu Legaten. — *Praetores destinare* war Sache des Senats. — *duodecim* also so viele, als Prätoren zu wählen waren (I, 14), während Tib. sich bisher darauf beschränkt hatte, 4 bestimmt zu bezeichnen (I, 15).

6. *arcana imperii:* die geheimen Grundsätze der Alleinherrschaft, welche weder durch die Bezeichnung der Beamten so lange voraus sich binden, noch Civil- und Militärverwaltung in so enge Abhängigkeit bringen wollte.

8. *tot* gleich zum erstenmale 60 Kandidaten der Prätur für die nächsten 5 Jahre. — *differre:* jemanden in Bezug auf die Erlangung dessen, was ihm in Aussicht steht, hinhalten. Vgl. hist. II, 71 *Marinum destinatum consulem distulit.* In derselben Bedeutung unten *proicere.*

ciantur. unde prospici posse quae cuique tam longo temporis spatio mens, domus, fortuna? superbire homines etiam annua designatione: quid si honorem per quinquennium agitent? quinquiplicari prorsus magistratus, subverti leges, quae sua spatia exercendae candidatorum industriae quaerendisque aut potiundis honoribus statuerint. favorabili in speciem oratione vim imperii tenuit.

37. Censusque quorundam senatorum iuvit. quod magis mirum fuit, quod preces Marci Hortali, nobilis iuvenis, in paupertate manifesta superbius accepisset. nepos erat oratoris Hortensii, inlectus a divo Augusto liberalitate deciens sestertii ducere uxorem, suscipere liberos, ne clarissima familia extingueretur. igitur quattuor filiis ante limen curiae adstantibus, loco sententiae, cum in Palatio senatus haberetur, modo Hortensii inter oratores sitam imaginem modo Augusti intuens, ad hunc modum coepit: „patres conscripti, hos, quorum numerum et pueritiam videtis, non sponte sustuli, sed quia princeps monebat; simul maiores mei meruerant ut posteros haberent. nam ego, qui non pecuniam, non studia populi neque eloquentiam, gentile domus nostrae bonum, varietate temporum acci-

---

12. *domus,* indem das Gesetz bestimmte, *ut numerus liberorum in candidatis praepolleret* K. 51.

13. *agitare,* wie *agere,* bezeichnet sowohl etwas wirklich ausüben als auch sich damit aufspielen. In letzterer Bedeutung hier *honorem agitare:* ‚den Beamten spielen‘; hist. IV, 21 *arbitrium agere:* den Oberrichter spielen.

14. *leges,* welche für die Übertragung der Ämter ein bestimmtes Alter (für die Quästur das 25., für die Prätur das 30. Lebensjahr) und jedesmal einen einjährigen Zwischenraum festsetzten.

16. *favorabilis* nachklassisch, in Verbindung mit *oratio* auch XII, 6: ‚beifällig aufgenommen‘.

Kap. 37 f. Härte des Tiberius gegen den dürftigen Hortalus.

1. *census senatorum* war auf eine Mill. Sestertien von Augustus festgesetzt. Manche, welche ihn nicht erreichten, erhielten vom Kaiser eine Unterstützung; vgl. I, 75.

4. *Q. Hortensius Hortalus* ein berühmter Redner zur Zeit Ciceros. — *inlectus* c. inf. nur noch IV, 12.

7. *in Palatio* in der von Augustus neben einem Tempel des Apollo errichteten palatinischen Bibliothek, wo sich auch Medaillons litterarisch berühmter Männer befanden.

8. *sitam* K. 7.

9. *coepit* absolut wie I, 41.

13. *gentile* neben *domus* betont den Begriff des dem Hause Angestammten. — *varietate temporum* ist von dem

ere vel parare potuissem, satis habebam, si tenues res meae ιec mihi pudori nec cuiquam oneri forent. iussus ab imperaore uxorem duxi. en stirps et progenies tot consulum, tot lictatorum. nec ad invidiam ista, sed conciliandae misericorliae refero. adsequentur florente te, Caesar, quos dederis ιonores: interim Q. Hortensii pronepotes, divi Augusti alumnos ιb inopia defende."

38. Inclinatio senatus incitamentum Tiberio fuit quo promtius adversaretur, his ferme verbis usus: „si quantum pauperum est venire huc et liberis suis petere pecunias coeperint, singuli numquam exsatiabuntur, res publica deficiet. nec sane ideo a maioribus concessum est egredi aliquando relationem et quod in commune conducat loco sententiae proferre, ut privata negotia et res familiares nostras hic augeamus, cum invidia senatus et principum, sive indulserint largitionem sive abnuerint. non enim preces sunt istud, sed efflagitatio, intempestiva quidem et inprovisa, cum aliis de rebus convenerint patres, consurgere et numero atque aetate liberum suorum urguere modestiam

Wechsel der Verhältnisse durch das zweite Triumvirat zu verstehen. Der Vater des Marcus, Q. Hortensius Hortalus, wurde als Anhänger des Brutus proskribiert, infolge dessen das durch Schulden schon geschmälerte Vermögen für die Familie ganz verloren ging.

14. *satis habere, si* auch IV, 38, nach dem Vorgange von Horaz schon bei Livius in der Prosa.

16. *stirps et progenies,* wie T. öfter zur nachdrücklichen Bezeichnung dem allgemeinen Begriffe einen speziellen anschliefst. — *consul* war der oben erwähnte Redner, *dictator* 468 ab u. c. Q. Hortensius, welcher das nach dem Ianiculum ausgezogene Volk zur Rückkehr bewog.

17. *ad* mit folgendem Dat. Gerundivi, wie K. 6.

38, 4. *deficiet* hier in dem prägnanten Sinne ‚bankerott machen'.

5. *egredi relationem:* über die Tagesordnung hinausgehen, indem man Gegenstände, die nicht zur Beratung gestellt sind, vorbringt.

6. *in commune* ein bei T. beliebter Ausdruck des Gegensatzes zur Vereinzelung, wie I, 28. III, 27. XII, 5. XIII, 27. XV, 12. 52. 63.

8. *indulserint* und *abnuerint* Ind. Fut. ex. Andere, welche die Formen als Konj. Perf. ansehen, erklären diesen aus einer Modusattraktion von *augeamus.* Regelrecht findet sich bei *sive — sive* nur der Indikativ; der Konjunktiv IV, 60 *seu loqueretur seu taceret* bezeichnet eine wiederholte Handlung. — *indulgere* c. acc. in der Bedeutung bewilligen, wie I, 52.

9. *istud* mit Vernachlässigung der Attraktion, wie I, 49 *illud.*

11. *suorum* das Reflexiv in Beziehung auf ein unbestimmtes Subjekt auch in klassischer Prosa, wie Cic.

senatus, eandem vim in me transmittere ac velut perfringere aerarium, quod si ambitione exhauserimus, per scelera supplendum erit. dedit tibi, Hortale, divus Augustus pecuniam, sed non conpellatus nec ea lege ut semper daretur. languescet alioqui industria, intendetur socordia, si nullus ex se metus aut spes, et securi omnes aliena subsidia exspectabunt, sibi ignavi, nobis graves." haec atque talia, quamquam cum adsensu audita ab iis, quibus omnia principum, honesta atque inhonesta, laudare mos est, plures per silentium aut occultum murmur excepere. sensitque Tiberius; et cum paulum reticuisset, Hortalo se respondisse ait: ceterum si patribus videretur, daturum liberis eius ducena sestertia singulis, qui sexus virilis essent. egere alii grates: siluit Hortalus, pavore an avitae nobilitatis etiam inter angustias fortunae retinens. neque miseratus est posthac Tiberius, quamvis domus Hortensii pudendam ad inopiam delaberetur.

39. Eodem anno mancipii unius audacia, ni mature subventum foret, discordiis armisque civilibus rem publicam perculisset. Postumi Agrippae servus, nomine Clemens, conperto fine Augusti pergere in insulam Planasiam et fraude aut vi raptum Agrippam ferre ad exercitus Germanicos non servili animo concepit. ausa eius inpedivit tarditas onerariae navis; atque interim patrata caede ad maiora et magis praecipitia conversus furatur cineres vectusque Cosam Etruriae promunturium ignotis locis sese abdit, donec crinem barbamque pro-

---

de off. I, 39 *habenda ratio non sua solum, sed etiam aliorum;* 38 *deforme etiam est de se ipsum praedicare.*

13. *ambitio:* ,persönliche Rücksicht'; vgl. I, 67 *nulla ambitione;* Agr. 1 *sine gratia aut ambitione.*

24. *an* I, 13; hier ist dem kausalen Abl. ein Partic. koordiniert, wie hist. I, 28 *magnitudine sceleris an corrupta castra .. metuens.*

25. *nobilitatis .. retinens* vgl. V, 11 *modestiae retinens;* XVI, 5 *antiqui moris retinentes;* Cic. ad Q. f. I, 2, 3 *dignitatis retinens.*

Kap. 39 f. Clemens Pseudo-Agrippa.

3. *Postumus Agrippa* I, 3.

6. *ausa* subst. Plur. auch III, 66 und XI, 8; Sing. XIII, 47.

7. *patrata caede* I, 6.

8. *cineres* in dieser Bedeutung regelmäfsig Plural; K. 75 u. 77. III, 2. XIV, 12. — *Cosa* ein der Insel Planasia gegenüberliegendes Vorgebirge mit einer Stadt gleichen Namens.

9. *crinem barbamque,* welche Agrippa in seiner Verbannung wohl auch hatte wachsen lassen.

mitteret: nam aetate et forma haud dissimili in dominum erat. tum per idoneos et secreti eius socios crebrescit vivere Agrippam, occultis primum sermonibus, ut vetita solent, mox vago rumore apud inperitissimi cuiusque promtas aures aut rursum apud turbidos eoque nova cupientes. atque ipse adire municipia obscuro diei, neque propalam aspici neque diutius isdem locis, sed quia veritas visu et mora, falsa festinatione et incertis valescunt, relinquebat famam aut praeveniebat.

40. Vulgabatur interim per Italiam servatum munere deum Agrippam, credebatur Romae; iamque Ostiam invectum multitudo ingens, iam in urbe clandestini coetus celebrabant, cum Tiberium anceps cura distrahere, vine militum servum suum coerceret an inanem credulitatem tempore ipso vanescere sineret: modo nihil spernendum, modo non omnia metuenda ambiguus pudoris ac metus reputabat. postremo dat negotium Sallustio Crispo. ille e clientibus duos (quidam milites fuisse tradunt) deligit atque hortatur, simulata conscientia adeant, offerant pecuniam, fidem atque pericula polliceantur. exsequuntur ut iussum erat. dein speculati noctem incustoditam,

---

10. *dissimilis* mit *in* zur Anknüpfung des Objekts, wohin die Ähnlichkeit zielt, findet sich nur hier. Vgl. I, 28 *gratus in.*

13. *apud .. aures* wie I, 31. — *rursum:* wiederum = anderseits, dagegen; 1, 80.

15. *obscuro diei* vgl. K. 14 *obscurum noctis.*

16. *incertis* ein konkretes Neutr. Plur. neben einem Abstraktum, wie K. 88 *non fraude neque occultis.*

17. *valescere* dichterisch und nachklassisch. — *relinquebat famam aut praeveniebat:* er liefs das Gerücht hinter sich und anderswo kam er ihm zuvor, d. h. er verliefs den Ort, wo sich das Gerücht von seiner Anwesenheit verbreitete, und kam anderswohin, bevor daselbst eine Kunde von ihm auftauchte.

40, 2. *iam Ostiam invectum .. iam in urbe* steigernde Anaphora.

3. *cum .. distrahere* wie K. 31.

4. *servum suum,* da die Sklaven des verbannten Agrippa zunächst an Augustus und dann an Tiberius übergingen.

6. *ambiguus* c. gen., wie I, 7. Bei zwei Gen. gewinnt es hier die Bedeutung schwankend zwischen.

8. *Sallustius Crispus,* Enkel der Schwester des Geschichtschreibers, einer von den Vertrauten des Tiberius.

9. *simulata conscientia:* unter dem Vorgeben des Einverständnisses mit den von Clemens verfolgten Plänen.

10. *pericula* kurz für *periculorum societatem.*

11. *iussum erat* unpersönlich, wie XIV, 62. Agr. 10. hist. IV, 35. V, 21.

accepta idonea manu, vinctum clauso ore in Palatium traxere. percontanti Tiberio, quo modo Agrippa factus esset, respondisse fertur „quo modo tu Caesar.“ ut ederet socios subigi non potuit. nec Tiberius poenam eius palam ausus, in secreta Palatii parte interfici iussit corpusque clam auferri. et quamquam multi e domo principis equitesque ac senatores sustentasse opibus, iuvisse consiliis dicerentur, haud quaesitum.

41. Fine anni arcus propter aedem Saturni ob recepta signa cum Varo amissa ductu Germanici, auspiciis Tiberii, et aedes Fortis Fortunae Tiberim iuxta in hortis, quos Caesar dictator populo Romano legaverat, sacrarium genti Iuliae effigiesque divo Augusto apud Bovillas dicantur.

C. Caelio L. Pomponio consulibus Germanicus Caesar a. d. VII. Kal. Iunias triumphavit de Cheruscis Chattisque et Angrivariis quaeque aliae nationes usque ad Albim colunt. vecta spolia, captivi, simulacra montium, fluminum, proeliorum; bellumque, quia conficere prohibitus erat, pro confecto accipiebatur. augebat intuentium visus eximia ipsius species currus-

---

14. *subigi* stärker als *cogi*, hier mit *ut*, sonst mit dem Infinitiv.

15. *nec*, die Negation gehört zu *ausus;* vgl. XII, 59 *nec ille diutius falsum accusatorem perpessus vim vitae suae attulit.*

41, 1. *aedes Saturni* am Fufs des kapitolinischen Hügels nach dem Forum hin. — *recepta signa* vgl. I, 60. II, 25.

3. *hortis* auf dem rechten Ufer des Tiberis südlich vom Ianiculus.

5. *Bovillae* ein nicht weit von Rom an der Appischen Strafse gelegener Ort, wo ein alter Kult der Stammeltern des Julischen Hauses bestand.

4. Ereignisse des Jahres 17 n. Chr.
Kap. 41—52.

a. Triumph des Germanicus.

6. *Germanicus Caesar* lautet die Umschrift auf der Vorderseite einer Bronzemünze, welche den Triumphator auf dem Triumphwagen zeigt; auf der Kehrseite erblickt man den stehenden Germanicus mit der Umschrift *signis recept*(is) *devictis Germ*(anis) *S. C.*

8. *colunt* wie I, 56.

9. *captivi*, unter denen von Strabo ohne genügende Bürgschaft auch die Gemahlin und der dreijährige Sohn des Armin genannt werden.

10. *pro confecto accipiebatur*, da ein Triumph nur für einen glücklich beendigten Krieg vom Senat bewilligt zu werden pflegte.

11. *augebat* zu Anfang des Satzes, wie I, 36. — *visus* in Verbindung mit *intuentium* aktivisch. *augebat visus:* reizte in erhöhtem Grade den Blick, steigerte das Interesse der Zuschauer.

que quinque liberis onustus. sed suberat occulta formido reputantibus haud prosperum in Druso patre eius favorem vulgi, avunculum eiusdem Marcellum flagrantibus plebis studiis intra iuventam ereptum, breves et infaustos populi Romani amores.

42. Ceterum Tiberius nomine Germanici trecenos plebi sestertios viritim dedit seque collegam consulatui eius destinavit. nec ideo sincerae caritatis fidem adsecutus amoliri iuvenem specie honoris statuit struxitque causas aut forte oblatas arripuit. rex Archelaus quinquagensimum annum Cappadocia potiebatur, invisus Tiberio, quod eum Rhodi agentem nullo officio coluisset. nec id Archelaus per superbiam omiserat, sed ab intimis Augusti monitus, quia florente Gaio Caesare missoque ad res orientis intuta Tiberii amicitia credebatur. ut versa Caesarum subole imperium adeptus est, elicit Archelaum matris literis, quae non dissimulatis filii offensionibus clementiam offerebat, si ad precandum veniret. ille ignarus doli vel, si intellegere crederetur, vim metuens in urbem properat; exceptusque immiti a principe et mox accusatus in senatu, non ob crimina quae fingebantur, sed angore, simul

---

12. *quinque liberis* Nero, Drusus, Gaius Caligula, Agrippina, Drusilla. — *reputantibus* Abl. wie I, 5. 29 u. ö. aufzulösen ‚indem man'.

13. *in Druso* gehört vielmehr zu *prosperum,* als zu *favorem,* da dieses I, 33 mit *in* und dem Acc. konstruiert ist (vgl. dagegen Vell. II, 43, 3 *civitatis in eo favor*). *In* c. abl. zur Bezeichnung der Person, an der sich etwas zeigt oder vollzieht.

14. *avunculum* als Halbbruder von der Mutter des Germanicus; vgl. zu I, 3.

15. *amores* im pass. Sinne: Lieblinge.

42, 1. *nomine Germanici,* welcher seine Kasse bei der Meuterei der Soldaten (I, 37) und nach dem unglücklichen Zuge an die Weser (II, 26) erschöpft hatte. Geldspenden aber gehörten zum Triumph (Liv. X, 46. XL, 38. XLI, 13).

2. *consulatui* für das Jahr 18.

b. Archelaus und der Orient.

5. *Cappadocia* wurde von Antonius nach der Vertreibung des Königs Ariarathes im J. 36 v. Chr. dem Archelaus übergeben. Dieser herrschte also beim Regierungsantritt des Tiberius schon 50 Jahre.

6. *potiebatur:* ‚war im Besitze'; vgl. VI, 40 *Tigranes Armenia quondam potitus.* — *Rhodi agentem* vgl. zu I, 4.

9. *ad res orientis,* nach K. 4 *componendae Armeniae.* — *intutus* nachklassisch.

10. *versa* = eversa auch III, 36. 54. XII, 45 nach Verg. Aen. I, 20 *quae verteret arces.* — *Caesarum* Gaius und Lucius; vgl. I, 3.

fessus senio et quia regibus aequa, nedum infima insolita sunt, finem vitae sponte an fato implevit. regnum in provinciam redactum est, fructibusque eius levari posse centesimae vectigal professus Caesar ducentesimam in posterum statuit. per idem tempus Antiocho Commagenorum, Philopatore Cilicum regibus defunctis turbabantur nationes, plerisque Romanum, aliis regium imperium cupientibus; et provinciae Suria atque Iudaea, fessae oneribus, deminutionem tributi orabant.

43. Igitur haec et de Armenia quae supra memoravi apud patres disseruit, nec posse motum orientem nisi Germanici sapientia conponi: nam suam aetatem vergere, Drusi nondum satis adolevisse. tunc decreto patrum permissae Germanico provinciae quae mari dividuntur, maiusque imperium, quoquo adisset, quam iis qui sorte aut missu principis obtinerent. sed Tiberius demoverat Suria Creticum Silanum, per adfinitatem conexum Germanico, quia Silani filia Neroni vetustissimo liberorum eius pacta erat, praefeceratque Cn. Pisonem, ingenio violentum et obsequii ignarum, insita ferocia a patre Pisone, qui civili bello resurgentes in Africa partes acerrimo ministerio adversus Caesarem iuvit, mox Brutum et Cassium secutus,

---

16. *et quia* bei T. öfter neben einem mit *ob* oder *propter* gebildeten Ausdruck, einem kausalen Ablativ, einem Particip; hier alle vier Ausdrucksweisen verbunden. — *aequa:* eine Stellung wie ihresgleichen, ein gewöhnliches Los; vgl. VI, 21 *Agrippina aequi inpatiens, dominandi avida.*

17. *an* I, 13. — *fato* von der Naturnotwendigkeit.

18. *centesima* s. zu I, 78.

20. *Cilicum* nicht des ganzen Landes, sondern nur eines kleinen Gebiets im Osten. — *regibus defunctis,* den Plural, wo man zu jedem Teile den Sing. zu denken hat, setzt Tac. ganz gewöhnlich bei einem Verbum finitum (I, 69 deseruere; II, 53 erant u. ö.), aber auch in einer Participial-Konstruktion, wie III, 62 *ille Antiocho, hic Mithridate pulsis.*

Kap. 43. Germanicus und Piso im Orient.

1. *supra* K. 3.

3. *vergere* nachklassisch vom Neigen der Zeit, so mit *aetas* auch IV, 8, *annus* XII, 44, *dies* XIII, 38. Zu *aetatem adolevisse* vgl. XII, 8 *ut Domitii pueritia adolesceret.*

6. *sorte* bei den vom Senat zu verleihenden Provinzen. — *missu* wie I, 60.

7. *Suria* = a Suriae administratione, welche er seit 11 n. Chr. führte.

8. *Silani filia* mit Namen *Iunia* starb schon bald nachher.

11. *civili bello* 47 und 46 v. Chr.

concesso reditu petitione honorum abstinuit, donec ultro ambiretur delatum ab Augusto consulatum accipere. sed praeter paternos spiritus uxoris quoque Plancinae nobilitate et opibus accendebatur; vix Tiberio concedere, liberos eius ut multum infra despectare. nec dubium habebat se delectum, qui Suriae imponeretur ad spes Germanici coercendas. credidere quidam data et a Tiberio occulta mandata; et Plancinam haud dubie Augusta monuit aemulatione muliebri Agrippinam insectandi. divisa namque et discors aula erat tacitis in Drusum aut Germanicum studiis. Tiberius ut proprium et sui sanguinis Drusum fovebat: Germanico alienatio patrui amorem apud ceteros auxerat, et quia claritudine materni generis anteibat, avum M. Antonium, avunculum Augustum ferens. contra Druso proavus eques Romanus Pomponius Atticus dedecere Claudiorum imagines videbatur: et coniunx Germanici Agrippina fecunditate ac fama Liviam uxorem Drusi praecellebat. sed fratres egregie concordes et proximorum certaminibus inconcussi.

44. Nec multo post Drusus in Illyricum missus est, ut suesceret militiae studiaque exercitus pararet; simul iuvenem

---

13. *ambiri:* angegangen werden (vgl. dial. 9 *rogare ultro et ambire*); nur hier c. inf.

14. *consulatum* im J. 23 v. Chr. zugleich mit Augustus.

15. *Plancinae,* der Tochter des L. Munatius Plancus, welcher sich als Redner auszeichnete, die höchsten Staatsämter bekleidete und über die Räter triumphierte. Ihr Bruder I, 39.

17. *infra* adverbial (st. *infra se*), wie I, 68 *super.* — *despectare* das Frequentativ auch hist. II, 30 *ne .. despectarentur;* so auch öfter *suspectare.*

20. *monuit* mit dem Gen. Ger. *insectandi* zur Bezeichnung des Zweckes statt *ut insectaretur* (Schultz §421 A.); so nur noch Donat praef. ad Ter. Adelph. *admonitus abeundi.*

25. *avunculum* sc. magnum: Grofsoheim, da Augustus der Bruder der Octavia, der Gattin des M. Antonius, der Grofsmutter des Germanicus war. — *ferens:* ‚aufweisen'; vgl. XV, 35 *Augustum abavum ferebat.* — *Druso* dat. incomm.

26. *Pomp. Atticus* war Grofsvater der Vipsania, der Mutter des Drusus.

28. *Livia* oder *Livilla* Schwester des Germanicus; s. zu I, 3. — *praecellere* c. acc. vor Tac. nirgends und auch bei ihm sonst nur absolut. Ebenso *antecellere* c. acc. XIV, 55 und hist. II, 3.

29. *inconcussi* nachklassisch.

c. Drusus. Marbod und Armin.
Kap. 44—46.

44, 1. *Illyricum* I, 5.

2. *suescere* neutral auch XIV, 4 *sueverat .. vehi.* Aufser *suetus* sonst in der Regel nur Composita.

urbano luxu lascivientem melius in castris haberi Tiberius seque tutiorem rebatur utroque filio legiones obtinente. sed Suebi praetendebantur auxilium adversus Cheruscos orantes; nam discessu Romanorum ac vacui externo metu gentis adsuetudine et tum aemulatione gloriae arma in se verterant. vis nationum, virtus ducum in aequo; sed Maroboduum regis nomen invisum apud populares, Arminium pro libertate bellantem favor habebat.

45. Igitur non modo Cherusci sociique eorum, vetus Arminii miles, sumpsere bellum, sed e regno etiam Marobodui Suebae gentes, Semnones ac Langobardi, defecere ad eum. quibus additis praepollebat, ni Inguiomerus cum manu clientium ad Maroboduum perfugisset, non aliam ob causam quam quia fratris filio iuveni patruus senex parere dedignabatur. deriguntur acies, pari utrimque spe, nec, ut olim apud Germanos, vagis incursibus aut disiectas per catervas: quippe longa adversum nos militia insueverant sequi signa, subsidiis firmari,

---

4. *Suebi* ein grofser Völkerbund im östlichen und südlichen Germanien (Germ. 38 ff.).

6. *ac* läfst *vacui externo metu* neben *discessu Romanorum* als besonderes Glied auftreten, da sich das Freisein von äufserer Furcht nicht blofs aus dem Abzuge der Römer erklärt, sondern auch auf andere Feinde bezieht.

7. *et tum* fügt zu der in *gentis adsuetudine* angegebenen gewöhnlichen Veranlassung eine besondere der damaligen Zeit hinzu. — *gloriae* Arminii.

8. *in aequo* = *aequa* erat. — *regis nomen invisum* und *pro libertate bellantem favor habebat* ist keine scharfe Gegenüberstellung; auch hat *habere* in beiden Sätzen nicht ganz dieselbe Bedeutung. — *invisum habebat:* ‚machte, dafs er verhafst war‘; *bellantem habebat:* ‚sah an als Kämpfer‘. *bellantem favor habebat* zu erklären: Gunst umfing ihn, da er kämpfte, widerspricht der üblichen Bedeutung von *habere*. Der Sinn ist offenbar: Die Gunst, welche Armin sich in dem Freiheitskampfe gegen die Römer erworben hatte, bewirkte, dafs man ihn auch jetzt als Vorkämpfer der Freiheit gegen die verhafste Königsgewalt des Marbod ansah.

45, 2. *e regno* partitiv.

3. *Semnones ac Langobardi* auf der rechten Seite der mittleren Elbe.

6. *fratris* Segimeri. — *iuveni* damals 35 Jahre. — *parere dedignabatur* K. 34.

8. *vagis incursibus:* unter unstäten Anfällen, indem sie schon beim Aufstellen hier und da vordrangen. — *per* bezeichnet die Anordnung im

dicta imperatorum accipere. ac tunc Arminius equo conlustrans cuncta, ut quosque advectus erat, reciperatam libertatem, trucidatas legiones, spolia adhuc et tela Romanis derepta in manibus multorum ostentabat; contra fugacem Maroboduum appellans, proeliorum expertem, Hercyniae latebris defensum; ac mox per dona et legationes petivisse foedus, proditorem patriae, satellitem Caesaris, haud minus infensis animis exturbandum quam Varum Quintilium interfecerint. meminissent modo tot proeliorum, quorum eventu et ad postremum eiectis Romanis satis probatum, penes utros summa belli fuerit.

46. Neque Maroboduus iactantia sui aut probris in hostem abstinebat, sed Inguiomerum tenens illo in corpore decus omne Cheruscorum, illius consiliis gesta quae prospere ceciderint testabatur: vaecordem Arminium et rerum nescium alienam gloriam in se trahere, quoniam tres vagas legiones et ducem fraudis ignarum perfidia deceperit, magna cum clade Germaniae et ignominia sua, cum coniunx, cum filius eius servitium

---

Raume, wie Germ. 6 *acies per cuneos componitur.*

10. *dicta imperatorum accipere,* womit zu vergleichen Germ. 7 *duces exemplo potius quam imperio . . praesunt.*

11. *quosque* der Plural wie hist. V, 16 *ut quosque suorum advehebantur,* weil es jedesmal mehrere waren. *advehi* findet sich nur III, 1 mit dem Acc. *Corcyram insulam,* nach dem Vorgange von Dichtern.

12. *adhuc:* ‚noch heute‘, wie Germ. 3 *monumenta adhuc extare* u. ö.

13. *fugax* wird Marbod genannt, weil er nicht nur an den Kämpfen gegen die Römer nicht teilnahm (in diesem engern Sinne ist *proeliorum expertem* zu fassen, da Marbod wohl gegen germanische Völker gekämpft hatte), sondern auch mit seinen Markomannen nach Böhmen sich zurückzog, welches Land *Hercyniae latebris,* d. h. hier durch die im Westen, Norden und Osten es umgebenden Waldgebirge geschützt wurde.

15. *ac* zur Anknüpfung der indirekten Rede, wie I, 28 *que.* — *proditorem patriae, satellitem Caesaris* rhetorische Übertreibung; zur Sache vgl. K. 26 *Maroboduum pace obstrictum.*

19. *summa belli* bezeichnet hier das, was im Kriege den Ausschlag giebt oder die Entscheidung bringt.

46, 1. *iactantia* nachklassisch für *iactatio.* Zu *sui* vgl. K. 13.

2. *tenens,* indem er ihm etwa die Hand auf die Schulter legte.

3. *prospere* widerstreitet dem Schlachtbericht I, 68.

5. *vagas,* welche in einem unwegsamen Waldgebirge nicht geschlossen einherzogen.

7. *coniunx . . filius* s. I, 58.

adhuc tolerent. at se duodecim legionibus petitum duce Tiberio inlibatam Germanorum gloriam servavisse, mox condicionibus aequis discessum; neque paenitere quod ipsorum in manu sit, integrum adversum Romanos bellum an pacem incruentam malint. his vocibus instinctos exercitus propriae quoque causae stimulabant, cum a Cheruscis Langobardisque pro antiquo decore aut recenti libertate et contra augendae dominationi certaretur. non alias maiore mole concursum neque ambiguo magis eventu, fusis utrimque dextris cornibus; sperabaturque rursum pugna, ni Maroboduus castra in colles subduxisset. id signum perculsi fuit; et transfugiis paulatim nudatus in Marcomanos concessit misitque legatos ad Tiberium oraturos auxilia. responsum est non iure eum adversus Cheruscos arma Romana invocare, qui pugnantis in eundem hostem Romanos nulla ope iuvisset. missus tamen Drusus, ut rettulimus, paci firmator.

47. Eodem anno duodecim celebres Asiae urbes conlapsae nocturno motu terrae, quo inprovisior graviorque pestis fuit. neque solitum in tali casu effugium subveniebat, in aperta prorumpendi, quia diductis terris hauriebantur. sedisse inmensos montes, visa in arduo quae plana fuerint, effulsisse inter ruinam ignes memorant. asperrima in Sardianos lues plurimum

---

8. *Tiberio,* dessen Angriff im J. 6 n. Chr. jedoch durch Aufstände in Pannonien und Dalmatien abgelenkt wurde.

11. *integrum bellum* hier ein Krieg, in welchen man mit noch frischer Kraft eintritt und der noch alle Aussicht auf Erfolg bietet; sonst, wie XV, 18, ein noch unentschiedener Krieg.

13. *pro antiquo decore* geht auf die Cherusci, *recenti libertate* auf die Langobardi, bei welchen zugleich an die Semnones zu denken ist.

14. *augendae dominationi* der finale Dativ zur Abwechselung mit *pro.*

15. *moles:* ‚Kraftaufwand‘; vgl. I, 45; hist. III, 77 *haud parva mole certatum.*

18. *transfugia* auch hist. II, 34 und III, 61. Ferner finden sich bei Tac. im Plural die Abstracta der Bewegung *fugae* (auch Cic.) XIV, 64; Agr. 45; h. V, 24; *effugia* III, 42; XII, 31; XV, 63; XVI, 15 und *diffugia* h. I, 39.

22. *paci firmator* vgl. I, 22 *seditioni duces. Pax* ist auf die Donauländer der Römer zu beziehen, deren Ruhe durch den Krieg im benachbarten Germanien bedroht wurde.

Kap. 47. Erdbeben in Asien.

4. *sedisse,* wie auch *de-* und *subsidere* von Bodensenkungen gebraucht.

5. *in arduo:* ‚in steiler Lage‘.

6. *asperrima in Sardianos lues* vgl. IV, 2 *in ceteros metus;* hist. II, 93 *crebrae in vulgus mortes.*

n eosdem misericordiae traxit: nam centiens sestertium pollicitus Caesar, et quantum aerario aut fisco pendebant, in quinuennium remisit. Magnetes a Sipylo proximi damno ac reaedio habiti. Temnios, Philadelphenos, Aegeatas, Apollonienses, quique Mosteni aut Macedones Hyrcani vocantur, et Iierocaesariam, Myrinam, Cymen, Tmolum levari idem in tempus tributis mittique ex senatu placuit qui praesentia spectaret efoveretque. delectus est M. Ateius e praetoriis, ne consulari btinente Asiam aemulatio inter pares et ex eo impedimentum rreretur.

48. Magnificam in publicum largitionem auxit Caesar haud ninus grata liberalitate, quod bona Aemiliae Musae, locupletis intestatae, petita in fiscum Aemilio Lepido, cuius e domo videbatur, et Patulei divitis equitis Romani hereditatem, quamquam ipse heres in parte legeretur, tradidit M. Servilio, quem prioribus neque suspectis tabulis scriptum compererat, nobilitatem utriusque pecunia iuvandam praefatus. neque hereditatem

---

8. *aerario aut fisco,* neben der Staatskasse hatte Augustus eine kaiserliche eingerichtet; in jene flossen besonders die Einkünfte aus den senatorischen, in diese die aus den kaiserlichen Provinzen.

9. *a Sipylo:* vom Berge Sipylos, zu unterscheiden von den Magneten am Mäanderflufs. Zur Konstr. vgl. Liv. I, 50 *Turnus Herdonius ab Aricia.* — *proximi damno et remedio habiti:* galten in Bezug auf den erlittenen Schaden und die zu gewährende Hülfe als die nächsten.

11. *aut* bei T. öfter in der Bedeutung von *et vicissim,* so dafs es nicht der Korrektur *et qui* bedarf. — *Hyrcani* waren Kolonisten der Macedoner.

12. *Hierocaesariam* und die folgenden Städtenamen zur Abwechselung mit den vorher genannten Einwohnern, wie K. 60. — *idem in tempus* = in quinquennium.

14. *consulari obt. Asiam* vgl. zu I, 74.

Kap. 48. Freigebigkeit des Tiberius.

1. *in publicum* = in rem publicam (für den Staat) gehört zu *magnificam.*

3. *petita in fiscum* Güter, welche nicht auf einen Privaten nach Erbrecht übergingen, wurden für den Fiskus in Anspruch genommen. — *Aemilius Lepidus* mit dem Vornamen *Marcus* befand sich infolge der Proskription seines Vaters und Grofsvaters in beschränkten Verhältnissen, *inops* III, 32. — *cuius e domo videbatur,* weil sie denselben Gentilnamen führte.

5. *in parte,* sonst auch *in partem* oder *ex parte.* Zur Sache vgl. I, 8 *in spem secundam.*

6. *tabulae:* das Testament.

cuiusquam adiit nisi cum amicitia meruisset: ignotos et aliis infensos eoque principem nuncupantes procul arcebat. ceterum ut honestam innocentium paupertatem levavit, ita prodigos et ob flagitia egentes, Vibidium Varronem, Marium Nepotem, Appium Appianum, Cornelium Sullam, Q. Vitellium movit senatu aut sponte cedere passus est.

49. Isdem temporibus deum aedes vetustate aut igni abolitas coeptasque ab Augusto dedicavit, Libero Liberaeque et Cereri iuxta circum maximum, quam A. Postumius dictator voverat, eodemque in loco aedem Florae ab Lucio et Marco Publiciis aedilibus constitutam, et Iano templum, quod apud forum holitorium C. Duilius struxerat, qui primus rem Romanam prospere mari gessit triumphumque navalem de Poenis meruit. Spei aedes a Germanico sacratur: hanc A. Atilius voverat eodem bello.

50. Adolescebat interea lex maiestatis. et Appuleiam Varillam, sororis Augusti neptem, quia probrosis sermonibus divum Augustum ac Tiberium et matrem eius inlusisset Cae-

---

8. *nisi cum* vgl. I, 33 *nisi quod;* Germ. 2 *nisi si.* — *meruisset* Konj. der Wiederholung. — *aliis,* welche Erbansprüche hatten.

9. *arcebat,* indem er auf ihre letzte Willenserklärung nicht einging.

12. *Q. Vitellium,* des Kaisers A. Vitellius Oheim, dessen Ausschliefsung aus dem Senate auch Sueton. Vit. 2 berichtet. Die übrigen sind nicht näher bekannt.

Kap. 49. Tempelbauten.

1. *igni,* im J. 31 v. Chr. war namentlich der Cerestempel nach Dio L, 10 verbrannt.

2. *coeptas* I, 50 und 54. — *Liber* und *Libera* nach Cic. nat. d. II, 24 Kinder der *Ceres.* Alle drei hatten nur einen Tempel (Liv. III, 55, 7); daher *quam.*

3. *Postumius dictator* im Latinerkriege; Liv. II, 19, 3.

5. *Publiciis aedilibus,* welche auch zuerst 241 v. Chr. die Floralia feierten. Vell. I, 14. — *Iano templum* zu unterscheiden von dem durch Numa errichteten; Liv. I, 19. — *apud* = ad, wie K. 6 und 24. Der Gemüsemarkt lag zwischen dem Westabhange des Capitolinus und dem Tiber.

8. *A. Atilius* mit dem Beinamen Calatinus, Konsul 258 u. 254 v. Chr.

Kap. 50. Prozefs der Varilla.

1. *adolescebat l. mai.* weiset zurück auf I, 72 f. — *et* vom Allgemeinen zum Speziellen überleitend.

2. *neptem,* da ihr Vater Sext. Appuleius wahrscheinlich ein Sohn oder Eidam der Octavia maior, einer Halbschwester des Augustus, war. — *quia* einzeln st. *quod* nach einem Verb des Anklagens. Vgl. III, 9 *auxit iras, quia navem .. adpulerat.*

sarique conexa adulterio teneretur, maiestatis delator arcessebat. de adulterio satis caveri lege Iulia visum: maiestatis crimen distingui Caesar postulavit damnarique, si qua de Augusto inreligiose dixisset: in se iacta nolle ad cognitionem vocari. interrogatus a consule, quid de iis censeret quae de matre eius locuta secus argueretur, reticuit; dein proximo senatus die illius quoque nomine oravit, ne cui verba in eam quoquo modo habita crimini forent. liberavitque Appuleiam lege maiestatis: adulterii graviorem poenam deprecatus, ut exemplo maiorum propinquis suis ultra ducentesimum lapidem removeretur suasit. adultero Manlio Italia atque Africa interdictum est.

51. De praetore in locum Vipstani Galli, quem mors abstulerat, subrogando certamen incessit. Germanicus atque Drusus (nam etiam tum Romae erant) Haterium Agrippam propinquum Germanici fovebant: contra plerique nitebantur, ut numerus liberorum in candidatis praepolleret, quod lex

---

4. *conexa:* verwandt, wie IV, 66 *Varo conexus;* K. 43 mit dem Zusatz *per adfinitatem.* Wegen ihrer Verwandtschaft mit dem Kaiser sah der Ankläger den Ehebruch als Majestätsbeleidigung an (vgl. III, 24); Tiberius aber wollte beide Anschuldigungen getrennt wissen. — *arcessebat* = in iudicium vocabat.

5. *lege Iulia,* wonach eine Ehebrecherin die Hälfte der Mitgift und ein Drittel des Vermögens verlor und nach einer Insel verbannt wurde.

6. *inreligiose* nachklassisch.

9. *secus:* anders als sie hätte sprechen müssen.

11. *lege:* von der Verletzung des Gesetzes.

13. *propinquis,* der Gebrauch des Dativs statt des Abl. mit *a* ist bei T. freier, als bei den Klassikern, welche den Dativ in der Regel nur anwenden, wenn die Handlung im Interesse der handelnden Person liegt. Der freiere Gebrauch ist dem Griechischen entlehnt. Zur Sache ist zu bemerken, dafs die Bestrafung von Frauen angeblich schon nach einer Einrichtung des Romulus den Ehemännern und Verwandten überlassen wurde; vgl. Liv. XXXIX, 18 *mulieres damnatas cognatis aut in quorum manu essent tradebant, ut ipsi in privato animadverterent in eas.*

Kap. 51. Prätorenwahl.

3. *Haterius Agrippa* (I, 77) war vermutlich ein Tochtersohn des M. Agrippa und der Marcella und, da diese aus der ersten Ehe der Octavia, aus der zweiten aber Antonia, die Mutter des Germanicus, abstammte, mit diesem verwandt.

4. *contra* dient zur Einleitung eines Gegensatzes und gehört nicht blofs zu *nitebantur,* wie III, 31; vgl. II, 33.

5. *lex* Papia Poppaea bestimmte, dafs bei einer Wahl mit Stimmengleichheit der Kandidat, welcher eine

iubebat. laetabatur Tiberius, cum inter filios eius et leges senatus disceptaret. victa est sine dubio lex, sed neque statim et paucis suffragiis, quo modo etiam cum valerent leges vincebantur.

52. Eodem anno coeptum in Africa bellum, duce hostium Tacfarinate. is natione Numida, in castris Romanis auxiliaria stipendia meritus, mox desertor, vagos primum et latrociniis suetos ad praedam et raptus congregare, dein more militiae per vexilla et turmas componere, postremo non inconditae turbae sed Musulamiorum dux haberi. valida ea gens et solitudinibus Africae propinqua, nullo etiam tum urbium cultu, cepit arma Maurosque accolas in bellum traxit: dux et his, Mazippa. divisusque exercitus, ut Tacfarinas lectos viros et Romanum in modum armatos castris attineret, disciplinae et imperiis suesceret, Mazippa levi cum copia incendia et caedes et terrorem circumferret. conpulerantque Cinithios, haud spernendam nationem, in eadem, cum Furius Camillus pro consule Africae legionem et quod sub signis sociorum in unum conductos ad hostem duxit, modicam manum, si multitudinem Numidarum atque Maurorum spectares; sed nihil aeque cavebatur quam

---

gröfsere Zahl Kinder hatte, vorgezogen werden sollte.

7. *sine dubio:* allerdings; I, 6 und 10.

Kap. 52. Tacfarinas und Mazippa in Africa von Camillus besiegt.

4. *suetos* vgl. K. 44. — *praedam et raptus:* Beute- und Raubzüge; vgl. Germ. 14 *bella et raptus.*

5. *per* wie K. 45. — *inconditae:* undiszipliniert.

6. *Musulamii* südlich von Cirta (Constantine) am Gebirge Audos (Aurez), Grenznachbarn von Mauretanien.

10. *attinere* hier = *continere;* öfter statt *retinere.*

12. *Cinithios* an der kleinen Syrte.

13. *pro consule Africae* wie III, 3 *pro consule Cretae;* IV, 13 *pro consule ulterioris Hispaniae;* vgl. K. 66 *pro praetore Moesiae.*

14. *quod .. sociorum,* zur Kaiserzeit gehörten auch die Bundesgenossen zum stehenden Heere; die, welche *sub signis* waren, sind zu unterscheiden von den *tumultuariis catervis* (I, 56) oder dem zur Zeit einer Bedrängnis ausgehobenen Landsturm. — *conductos* hat sich in Geschlecht und Zahl nach dem zunächst stehenden Genetiv *sociorum* gerichtet, wie IV, 62 *immensam vim mortalium spectaculo intentos.*

16. *nihil aeque quam* (I, 41) ne auch K. 60.

ne bellum metu eluderent: spe victoriae inducti sunt ut vincerentur. igitur legio medio, leves cohortes duaeque alae in cornibus locantur. nec Tacfarinas pugnam detrectavit. fusi Numidae, multosque post annos Furio nomini partum decus militiae. nam post illum reciperatorem urbis filiumque eius Camillum penes alias familias imperatoria laus fuerat; atque hic quem memoramus bellorum expers habebatur. eo pronior Tiberius res gestas apud senatum celebravit; et decrevere patres triumphalia insignia, quod Camillo ob modestiam vitae impune fuit.

53. Sequens annus Tiberium tertio, Germanicum iterum consules habuit. sed eum honorem Germanicus iniit apud urbem Achaiae Nicopolim, quo venerat per Illyricam oram, viso fratre Druso in Delmatia agente, Hadriatici ac mox Ionii maris adversam navigationem perpessus. igitur paucos dies insumpsit reficiendae classi; simul sinus Actiaca victoria inclutos et sacratas ab Augusto manubias castraque Antonii cum recordatione maiorum suorum adiit. namque ei, ut memoravi, avunculus Augustus, avus Antonius erant, magnaque illic imago tristium

17. *eludere:* ‚auf etwas nicht eingehen‘, ein Ausdruck der Fechtschule (einen Schlag parieren oder ihm durch eine geschickte Wendung ausweichen). — *metu* besonders vor dem römischen Fufsvolk; IV, 24 quia Numidae peditum aciem ferre nequeunt.

18. *medio* (I, 61 und 64) ohne einen Genetiv auch III, 74; XIII, 38; XV, 29.

21. *filium* sonst nicht als Kriegsheld sonderlich berühmt (Liv. VII, 24—28), vielleicht verwechselt mit dem Enkel, welcher 338 v. Chr. die Latiner besiegte (Liv. VIII, 13. 29). Aus der gens Furia haben ferner P. Furius Philus 223 und L. Furius Purpureo 200 über die Gallier triumphiert, ohne dafs sie jedoch neben dem *reciperator urbis* besonders genannt zu werden verdienten.

25. *triumphalia insignia* I, 72. Vgl. ebendaselbst über *impune.*

5. Ereignisse des Jahres 18 n. Chr.
Kap. 53—58.

Kap. 53. Germanicus in Griechenland.

1. *tertio* statt des regelrechten *tertium.*

3. *Nicopolis* von Augustus auf der Nordseite der Einfahrt in den ambrakischen Meerbusen an der Stelle, wo er vor dem Siege bei Actium sein Lager hatte, gegründet.

5. *insumere* c. dat. gerund. statt *in* c. abl. auch III, 1; XVI, 23 und Agr. 23.

6. *sacratas .. manubias* vgl. Suet. Aug. 18 *locum castrorum .. exornatum navalibus spoliis Neptuno ac Marti consecravit.*

7. *castra Antonii* bei Actium an der Südküste des Meerbusens.

8. *memoravi* K. 43.

9. *tristium* auf Antonius, *laetorum* auf Augustus zu beziehen.

laetorumque. hinc ventum Athenas, foederique sociae et vetustae urbis datum ut uno lictore uteretur. excepere Graeci quaesitissimis honoribus, vetera suorum facta dictaque praeferentes, quo plus dignationis adulatio haberet.

54. Petita inde Euboea tramisit Lesbum, ubi Agrippina novissimo partu Iuliam edidit. tum extrema Asiae Perinthumque ac Byzantium, Thraecias urbes, mox Propontidis angustias et os Ponticum intrat, cupidine veteres locos et fama celebratos noscendi; pariterque provincias internis certaminibus aut magistratuum iniuriis fessas refovebat. atque illum in regressu sacra Samothracum visere nitentem obvii aquilones depulere. igitur adito Ilio quaeque ibi varietate fortunae et nostri origine veneranda, relegit Asiam adpellitque Colophona, ut Clarii Apollinis oraculo uteretur. non femina illic, ut apud Delphos, sed certis e familiis et ferme Mileto accitus sacerdos numerum modo consultantium et nomina audit; tum in specum degressus, hausta fontis arcani aqua, ignarus plerumque literarum et carminum edit responsa versibus compositis super rebus quas quis mente concepit. et ferebatur Germanico per ambages, ut mos oraculis, maturum exitium cecinisse.

---

11. *uno* statt der ihm als Konsul zustehenden zwölf, so dafs er nicht in der vollen Gewalt und Würde seines Amtes auftrat, sondern wie unter Freunden verkehrte.

12. *vetera .. praeferentes:* indem sie auf das, was ihre Vorfahren bei ähnlichen Ehrenbezeigungen gethan und gesagt hatten, hinwiesen.

13. *dignatio* im pass. Sinne = *dignitas, auctoritas.* Die schmeichelnden Griechen hofften durch jenen Hinweis ihr Ansehen zu erhöhen, mehr Eindruck zu machen.

Kap. 54. Fahrt des Germanicus nach Asien.

2. *Perinthus* an der Nordküste der Propontis.

3. *angustias* der Hellespont.

4. *os Ponticum* = ostium Ponti Euxini, der thracische Bosporus. — *locos,* masc. wie I, 61.

7. *sacra* die uralten Mysterien oder ein Geheimkult der Kabiren. — *niti* c. inf., wie I, 64.

8. *nostri* der obj. Gen. ungewöhnlich, wie VI, 22 *initia nostri;* vgl. K. 13.

9. *relegit* st. des in Prosa gebräuchlichen *legit.* — *Clarii* zu Clarus, nahe bei Colophon in Jonien.

11. *Mileto,* wo Apollo besonders verehrt wurde (III, 63. IV, 55) und in dem nahe gelegenen Didyma oder Branchidae ein Orakel hatte.

13. *fontis,* cuius potu nach Plin. II, 106 mira redduntur oracula. — *literarum:* Buchstaben, Schrift. — *carminum:* Verskunst.

55. At Cn. Piso, quo properantius destinata inciperet, civitatem Atheniensium turbido incessu exterritam oratione saeva increpat, oblique Germanicum perstringens, quod contra decus Romani nominis non Athenienses tot cladibus exstinctos, sed conluviem illam nationum comitate nimia coluisset: hos enim esse Mithridatis adversus Sullam, Antonii adversus divum Augustum socios. etiam vetera obiectabat, quae in Macedones inprospere, violenter in suos fecissent, offensus urbi propria quoque ira, quia Theophilum quendam Areo iudicio falsi damnatum precibus suis non concederent. exim navigatione celeri per Cycladas et compendia maris adsequitur Germanicum apud insulam Rhodum, haud nescium quibus insectationibus petitus foret: sed tanta mansuetudine agebat, ut, cum orta tempestas raperet in abrupta possetque interitus inimici ad casum referri, miserit triremis quarum subsidio discrimini eximeretur. neque tamen mitigatus Piso, et vix diei moram perpessus linquit Germanicum praevenitque. et postquam Suriam ac legiones attigit, largitione, ambitu, infimos manipularium iuvando, cum veteres centuriones, severos tribunos demoveret locaque eorum clientibus suis vel deterrimo cuique attribueret, desidiam in castris, licentiam in urbibus, vagum ac lascivientem per agros militem sineret, eo usque corruptionis provectus est, ut sermone vulgi

---

Kap. 55. Piso und Plancina.

1. *destinata* s. K. 43.

2. *incessus* findet sich zuerst in den Annalen und bedeutet entweder Einfall, Anfall oder Einzug.

3. *oblique perstringere* auch V, 2 und 11.

5. *conluviem nationum,* da vielen Fremden und unter diesen auch manchem unwürdigen Eindringling das Bürgerrecht zu Athen geschenkt oder gar verkauft worden, so daſs Augustus dagegen einschritt (Dio LIV, 7).

6. *Antonii* bei Actium.

8. *propria:* persönlich.

9. *Areo iudicio* statt des gewöhnlichen *Arei pagi* (*Ἀρείου πάγου*) *iudicio.* — *falsi:* Fälschung.

10. *precibus concedere* auch IV, 31.

11. *compendia maris* vgl. I, 63 *compendiis viarum.*

13. *foret* bezeichnet das Eintreten des durch *petitus* ausgedrückten Zustandes.

14. *raperet,* das Objekt ist aus dem folgenden *inimici* zu entnehmen.

22. *sinere* mit einem Accusativ: gestatten, wie VI, 35 *pugnam sinere.* Neben *desidiam* und *licentiam* gebe man auch *vagum ac lascivientem* durch Subst. wieder.

parens legionum haberetur. nec Plancina se intra decora feminis tenebat, sed exercitio equitum, decursibus cohortium interesse, in Agrippinam, in Germanicum contumelias iacere, quibusdam etiam bonorum militum ad mala obsequia promptis, quod haud invito imperatore ea fieri occultus rumor incedebat. nota haec Germanico, sed praeverti ad Armenios instantior cura fuit.

56. Ambigua gens ea antiquitus hominum ingeniis et situ terrarum, quoniam nostris provinciis late praetenta penitus ad Medos porrigitur; maximisque imperiis interiecti et saepius discordes sunt, adversus Romanos odio et in Parthum invidia. regem illa tempestate non habebant, amoto Vonone: sed favor nationis inclinabat in Zenonem, Polemonis regis Pontici filium, quod is prima ab infantia instituta et cultum Armeniorum aemulatus, venatu epulis et quae alia barbari celebrant, proceres plebemque iuxta devinxerat. igitur Germanicus in urbe Artaxata adprobantibus nobilibus, circumfusa multitudine, insigne regium capiti eius imposuit. ceteri venerantes regem

---

23. *haberetur* = perhiberetur, appellaretur (III, 13). — *intra decora:* in den Schranken des Anstandes.

24. *decursus* (Manoeuvre) neben *exercitium* auch III, 33.

26. *obsequia* (I, 19) mit tadelnder Nebenbedeutung: Fügsamkeit (gegen den Kaiser; III, 12. 16. 55. 65. 75. IV, 20. VI, 8. XIV, 13).

28. *praeverti:* vorab oder vorzugsweise sich hinwenden; vgl. IV, 32 *ad interna praevertere.*

Kap. 56. Grofs-Armenien unter Zeno. Cappadocien und Commagene.

2. *quoniam* dient hier zur Einleitung einer nur auf *situ terrarum* bezüglichen, diesem gleichsam parenthetisch angeschlossenen Begründung. — *praetendi* als geograph. Begriff sich vor oder an etwas hindehnen, auch hist. II, 6 und 14; vgl. *obtendi* Germ. 35 und Agr. 10.

3. *Medos* K. 4.

4. *discordes* nicht absolut, sondern auch mit *maximis imperiis* zu verbinden; der Dativ wie III, 42. XI, 6. XIV, 38; vgl. I, 72. — *Romanos* — *Parthum* Wechsel des Numerus, wie K. 60. Germ. 37 *Samnis* — *Poeni* u. ö.

5. *amoto Vonone* s. K. 4.

6. *Polemo* durch die Gunst des Antonius und Augustus König des östlichen Pontus, Klein-Armeniens, des Bosporus und des Gebietes von Olba in Cilicien.

8. *et* zum Anschlufs des dritten, nicht aus einem einzelnen Substantiv bestehenden Gliedes; vgl. zu I, 3.

10. *Artaxata* Fem. sing. in Verbindung mit *urbe* auch VI, 33, sonst Neutr. plur. — *adprobantibus* läfst auf einen politischen Einflufs der *nobiles* schliefsen. — *insigne regium* Tiara mit Diadem.

Artaxiam consalutavere, quod illi vocabulum indiderant ex nomine urbis. at Cappadoces in formam provinciae redacti Q. Veranium legatum accepere; et quaedam ex regiis tributis deminuta, quo mitius Romanum imperium speraretur. Commagenis Q. Servaeus praeponitur, tum primum ad ius praetoris translatis.

57. Cunctaque socialia prospere composita non ideo laetum Germanicum habebant ob superbiam Pisonis, qui iussus partem legionum ipse aut per filium in Armeniam ducere utrumque neglexerat. Cyrri demum apud hiberna decumae legionis convenere, firmato vultu, Piso adversus metum, Germanicus, ne minari crederetur; et erat, ut rettuli, clementior. sed amici accendendis offensionibus callidi intendere vera, adgerere falsa ipsumque et Plancinam et filios variis modis criminari. postremo

---

12. *vocabulum* I, 8. — *ex nomine urbis* oder vielmehr des Gründers der Stadt und des großarmenischen Reiches, Artaxias I.

13. *Cappadoces in f. prov. redacti* s. K. 42.

14. *Veranius* wie auch *Servaeus* waren Legaten des Germanicus und traten nur zur Durchführung der neuen Ordnung an die Spitze der Verwaltung jener Länder.

15. *mitius .. speraretur,* die persönliche Konstruktion des Passivs mit einem prädikativen Nominativ nach dem Vorgange von Dichtern erst in nachklassischer Prosa; hist. II, 74 *legiones secuturae sperabantur;* vgl. die aktive Konstr. III, 8 *quem ... aequiorem sibi sperabat;* VI, 41 *come ingenium sperabant.*

16. *ad ius praetoris,* indem sie dem Proprätor von Syrien untergeordnet wurden.

Kap. 57. Übermut des Piso.

1. *cuncta socialia* = cunctae res sociorum. Das mit dem substantivierten *cuncta* verbundene Particip ist durch ein übergeordnetes Substantiv oder durch die Umschreibung: ‚der Umstand daſs' wiederzugeben; vgl. hist. II, 5 *cuncta modum supergressa;* IV, 68 *cuncta in deterius audita.* Ebenso *omnia* und *nihil* mit Participien oder auch Adjektiven, wie XII, 35 *nihil nisi atrox terrebat;* hist. III, 64 *omnia prona victoribus.*

4. *Cyrrus* Hauptort im nördlichen Syrien (Cyrrestica). — *apud .. convenere* wie I, 60.

5. *Piso* und *Germanicus,* der Nominativ in einem Zusatze zu einem Abl. abs. mit einem Part. Perf. Pass., als wäre die aktive Konstruktion des Hauptverbums beibehalten; vgl. Germ. 37 *amisso et ipse Pacoro.*

6. *ut rettuli* I, 33.

7. *callidus* c. dat. ger. erst bei T. und nur hier. — *intendere* gewöhnlich in der Bedeutung ‚vermehren, steigern', hier übertreiben; vgl. IV, 11 *cum omnia .. intenderent.*

8. *filios,* von denen nur Marcus den Vater begleitete, Gnaeus in Rom war,

paucis familiarium adhibitis sermo coeptus a Caesare, qualem ira et dissimulatio gignit, responsum a Pisone precibus contumacibus; discesseruntque apertis odiis. post quae rarus in tribunali Caesaris Piso, et si quando adsideret, atrox ac dissentire manifestus. vox quoque eius audita est in convivio, cum apud regem Nabataeorum coronae aureae magno pondere Caesari et Agrippinae, leves Pisoni et ceteris offerrentur, principis Romani, non Parthi regis filio eas epulas dari; abiecitque simul coronam et multa in luxum addidit, quae Germanico quamquam acerba tolerabantur tamen.

58. Inter quae ab rege Parthorum Artabano legati venere. miserat amicitiam ac foedus memoraturos, et cupere renovari dextras, daturumque honori Germanici ut ripam Euphratis accederet: petere interim ne Vonones in Suria haberetur neu proceres gentium propinquis nuntiis ad discordias traheret. ad ea Germanicus de societate Romanorum Parthorumque magnifice, de adventu regis et cultu sui cum decore ac modestia respondit. Vonones Pompeiopolim Ciliciae maritimam urbem amotus est. datum id non modo precibus Artabani sed contumeliae Pisonis, cui gratissimus erat ob plurima officia et dona, quibus Plancinam devinxerat.

---

aber als einer, welcher dort Ränke schmiedete, angesehen wurde.

10. *ira et dissimulatio,* indem er bald dem Zorn freien Lauf liefs, bald ihn unterdrückte.

11. *post quae* wie I, 13.

13. *manifestus* c. inf. bei Tac. nur noch dial. 16.

14. *Nabataeorum* im nördlichen Arabien.

16. *Parthi* st. Parthici oder Parthorum, wie XI, 9 *Parthi imperatores.* Zur Sache ist zu bemerken, dafs man im Orient bei Gastmählern vorzugsweise Königen und Prinzen goldene Kronen darbot.

17. *Germanico* vgl. K. 50 *propinquis.*

Kap. 58. Artabanus und Vonones.

1. *inter quae* I, 12. — *Artabanus* K. 3 f.

2. *amicitiam ac foedus* von Phraates mit Augustus geschlossen K. 1.

3. *dextras* zur Abwechselung statt *foedus.*

4. *accedere* in eigentl. Bedeutung bei T. regelmäfsig mit dem Acc.; so XIV, 35; hist. II, 27. III, 24. — *ne Vonones .. haberetur neu .. traheret* ähnlich konstruiert wie I, 79 *ne Clanis .. transferretur neu ipsis perniciem adferret.* Man übersetze *neu traheret:* ‚dafs er ihn nicht verleiten lasse‘, da bezeichnet werden soll, dafs die Erfüllung der Bitte von dem Einschreiten des Germ. abhängt.

7. *sui:* seiner Person. — *decor:* Würde; vgl. hist. I, 71 *cuncta ad decorem imperii composita.*

10. *officia:* Dienstleistungen, Gefälligkeiten.

59. M. Silano L. Norbano consulibus Germanicus Aegyptum proficiscitur cognoscendae antiquitatis. sed cura provinciae praetendebatur, levavitque apertis horreis pretia frugum multaque in vulgus grata usurpavit: sine milite incedere, pedibus intectis et pari cum Graecis amictu, P. Scipionis aemulatione, quem eadem factitavisse apud Siciliam, quamvis flagrante adhuc Poenorum bello, accepimus. Tiberius cultu habituque eius lenibus verbis perstricto, acerrime increpuit quod contra instituta Augusti non sponte principis Alexandriam introisset. nam Augustus inter alia dominationis arcana, vetitis nisi permissu ingredi senatoribus aut equitibus Romanis inlustribus, seposuit Aegyptum, ne fame urgueret Italiam, quisquis eam provinciam claustraque terrae ac maris quamvis levi praesidio adversum ingentes exercitus insedisset.

60. Sed Germanicus nondum comperto profectionem eam incusari Nilo subvehebatur, orsus oppido a Canopo. condidere

---

6. Ereignisse des Jahres 19 n. Chr.
Kap. 59—88.

a. Germanicus in Ägypten.
K. 59—61.

59, 1. *Aegyptum* in der Konstruktion von Städtenamen, vgl. I, 3 *Armenia;* dagegen K. 69 *in Aegyptum.*

2. *cognoscendae antiquitatis* Gen. des Zwecks; I, 3. — *cura provinciae* wegen der dort ausgebrochenen Hungersnot.

3. *horreis* Magazine der Römer.

4. *in vulgus grata* I, 28. — *pedibus intectis,* da er nicht die gewöhnlichen, den ganzen Fufs bedeckenden *calcei,* sondern nur *crepidas* oder Sandalen trug. Der griechische *amictus* ist das *pallium.*

5. *P. Scipionis* Afr. mai., von welchem Liv. XXIX, 19 berichtet, *cum pallio crepidisque inambulare.*

7. *cultus:* Kleidung.

9. *sponte* c. gen. nur in den Annalen (IV, 7. 51. VI, 31. XII, 42. XIII, 39. 42) und den Historien (III, 16. IV, 19. 42); nachklassisch.

10. *arcana* K. 36. — *permissu* ohne Gen. ungewöhnlich.

11. *equites inlustres* auch *insignes* XI, 5, *dignitate senatoria* XVI, 17 (*primores* hist. I, 4) genannt, waren die Ritter, welche wegen des gleichen census (I, 75) Senatoren werden konnten. — *seposuit:* gab ihm eine Ausnahmestellung, indem er dort eine besondere Verwaltung einrichtete. Vgl. hist. I, 11 *ita visum expedire, provinciam aditu difficilem, annonae fecundam .. domui retinere* d. h. dem Kaiserhause vorzubehalten.

13. *claustra terrae* war Pelusium, *maris* Pharus nach b. Alex. 26.

60, 1. *comperto* I, 66.

2. *a* nach dem Vorgange der Dichter zwischen appositionell zusammengehörige Wörter eingeschoben, nur in den Annalen XI, 14; XIII, 12; ebenso *apud* IV, 43 und *in* XV, 53. — *Canopus* lag nicht am Nil selbst,

id Spartani ob sepultum illic rectorem navis Canopum, qua tempestate Menelaus Graeciam repetens diversum ad mare terramque Libyam deiectus *est*. inde proximum amnis os dicatum Herculi, quem indigenae ortum apud se et antiquissimum perhibent eosque qui postea pari virtute fuerint in cognomentum eius adscitos; mox visit veterum Thebarum magna vestigia. et manebant structis molibus literae Aegyptiae, priorem opulentiam complexae; iussusque e senioribus sacerdotum patrium sermonem interpretari, referebat habitasse quondam septingenta milia aetate militari, atque eo cum exercitu regem Rhamsen Libya Aethiopia Medisque et Persis et Bactriano ac Scytha potitum quasque terras Suri Armeniique et contigui Cappadoces colunt, inde Bithynum, hinc Lycium ad mare imperio tenuisse. legebantur et indicta gentibus tributa, pondus argenti et auri, numerus armorum equorumque et dona templis ebur atque odores, quasque copias frumenti et omnium utensilium quaeque natio penderet, haud minus magnifica quam nunc vi Parthorum aut potentia Romana iubentur.

---

sondern an einem Kanal von Alexandrien nach der westlichsten Nilmündung, welche die Heracleotische (*amnis os dicatum Herculi*) genannt wurde.

4. *diversum:* entlegen (I, 17) mit Rücksicht auf das Ziel der Fahrt.

6. *Herculi* wahrscheinlich der ägyptische Khunsu, der älteste Sohn Ammons, eine Mondgottheit. Vgl. über denselben Herod. II, 43 f.

7. *cognomentum* I, 23 und 31.

8. *vestigia:* ‚Ruinen'; hist. III, 54 *Cremonae vestigia*.

9. *moles:* grofse Gebäude, besonders Tempel, mit Inschriften und bildlichen Darstellungen. — *opulentia:* die Macht des weit ausgedehnten Reiches.

11. *interpretari:* übersetzen; vgl. Cic. de off. I, 2 *interpres*.

12. *Rhamses* II. mit dem Beinamen Miamun, d. h. der von Ammon geliebte. Seine Thaten waren dargestellt auf den Wänden eines ausgedehnten Gebäudes, welches Ramesseum genannt wird (G. Weber, Weltgesch. I, S. 94 f. u. 102). Herodot II, 102 nennt den Heldenkönig *Sesostris* und überträgt auf diesen die Thaten nicht nur des Rhamses, sondern auch seines Vaters Sethos und eines älteren Sesortosis.

13. *Medis* K. 4. Zu dem Wechsel zwischen Länder- und Völkernamen (K. 56) kommt noch der des Numerus.

15. *inde — hinc* = ab illa — ab hac parte: einerseits — anderseits. — *Bithynum m.* der Pontus, *Lycium* der südöstliche Teil des Mittelmeeres.

18. *et omnium utensilium:* und überhaupt aller Verbrauchsgegenstände (I, 70), zu denen auch *frumentum* gehört.

19. *vi* in gleicher Bedeutung mit *potentia,* wie III, 60 und hist. IV, 69 *vim Romanam*.

61. Ceterum Germanicus aliis quoque miraculis intendit animum, quorum praecipua fuere Memnonis saxea effigies, ubi radiis solis icta est, vocalem sonum reddens, disiectasque inter et vix pervias arenas instar montium eductae pyramides certamine et opibus regum, lacusque effossa humo, superfluentis Nili receptacula; atque alibi angustiae et profunda altitudo, nullis inquirentium spatiis penetrabilis. exim ventum Elephantinen ac Syenen, claustra olim Romani imperii, quod nunc rubrum ad mare patescit.

62. Dum ea aestas Germanico plures per provincias transigitur, haud leve decus Drusus quaesivit inliciens Germanos ad discordias utque fracto iam Maroboduo usque in exitium insisteretur. erat inter Gotones nobilis iuvenis nomine Catualda, profugus olim vi Marobodui et tunc dubiis rebus eius

---

61, 1. *miracula:* Wunderwerke der Kunst.

2. *Memnonis saxea effigies* die sogenannte Memnonssäule, ein kolossales Bild des Königs Amenophis III. in sitzender Stellung, welches bei Sonnenaufgang getönt haben soll. Man hat das Klingen auf die durch die Hitze der afrikanischen Sonne bewirkten Sprünge in dem während der Nacht abgekühlten Steine zurückführen wollen (Weber, Weltg. I, S. 91).

3. *disiectas:* vom Winde auseinandergeweht; vgl. K. 23.

4. *pyramides* bei Gizeh, westlich von Memphis. — *certamine:* Wetteifer.

5. *lacus* der von Amenemha angelegte ‚See der Überschwemmungen‘ (Phiom en Mere, woher die griech. Bezeichnung Mörissee), welcher das überströmende Nilwasser aufnahm, um sowohl ein gar zu hohes Steigen zu verhindern als auch bei niedrigem Wasserstande auszuhelfen.

6. *angustiae et profunda altitudo,* die Enge des Thales in Süd-Ägypten bewirkt eine Vertiefung des Flufsbettes.

7. *inquirentium spatia:* die bei der Untersuchung (der Tiefe) angewandten Mafse. — *Elephantine* eine Insel bei *Syene* (j. Assuan).

8. *claustra* hier Schlufspunkt, Grenze. — *nunc* um 115, wo Tac. die Annalen schrieb, war Traian bis an den persischen Meerbusen (*rubrum mare*) vorgedrungen.

b. Drusus und Marbod.
Kap. 62 und 63.

62, 1. *plures per provincias,* von denen nur das besonders interessante Ägypten genannt worden.

3. *utque* ein Finalsatz koordiniert einem Particip, wie III, 3 *rati .. an ne .. intellegerentur;* hist. II, 34 *simulantes .. ac ne .. otium tereret.*

4. *erat* leitet die ausführende Schilderung ein, wie I, 16. — *Gotones* an der untern Weichsel.

5. *olim* in der Bedeutung ‚seit langer Zeit‘ besonders in Appositionen, mit folgendem *et tum* oder *tunc;* VI, 24. XII, 54. 66. XV, 51. 55. XVI, 21. hist. I, 60. 67. II, 7. 92.

ultionem ausus. is valida manu fines Marcomanorum ingreditur corruptisque primoribus ad societatem inrumpit regiam castellumque iuxta situm. veteres illic Sueborum praedae et nostris e provinciis lixae ac negotiatores reperti, quos ius commercii, dein cupido augendi pecuniam, postremum oblivio patriae suis quemque ab sedibus hostilem in agrum transtulerat.

63. Maroboduo undique deserto non aliud subsidium quam misericordia Caesaris fuit. transgressus Danuvium, qua Noricam provinciam praefluit, scripsit Tiberio non ut profugus aut supplex, sed ex memoria prioris fortunae: nam multis nationibus clarissimum quondam regem ad se vocantibus Romanam amicitiam praetulisse. responsum a Caesare tutam ei honoratamque sedem in Italia fore, si maneret: sin rebus eius aliud conduceret, abiturum fide qua venisset. ceterum apud senatum disseruit non Philippum Atheniensibus, non Pyrrum aut Antiochum populo Romano perinde metuendos fuisse. extat oratio, qua magnitudinem viri, violentiam subiectarum ei gentium et quam propinquus Italiae hostis, suaque in destruendo eo consilia extulit. et Maroboduus quidem Ravennae habitus, si quando insolescerent Suebi, quasi rediturus in regnum ostentabatur: sed non excessit Italia per duodeviginti annos consenuitque multum imminuta claritate ob nimiam vivendi cupidinem. idem Catualdae casus neque aliud perfugium. pulsus haud multo post Hermundurorum opibus et Vibilio duce receptusque, Forum Iulium, Narbonensis Galliae coloniam, mittitur. barbari utrumque comitati ne quietas provincias immixti tur-

---

9. *lixae:* Marketender. — *ius commercii* gemäfs dem K. 45 erwähnten Bündnisse. Wenn nichtsdestoweniger das Land gleich *hostilis* genannt wird, so geschieht dieses in verschärftem Gegensatze zu *patriae.*

63, 3. *praefluit* st. *praeterfluit,* wie XV, 15; vgl. II, 6 *praevehitur.*

8. *fide qua* statt *eadem fide qua,* wie K. 78 nach der gewöhnlichen Ausdrucksweise geschrieben ist. Dieselbe Ellipse K. 67 *exemplo quo;* so nur in den Annalen.

12. *quam propinquus* ein indirekter Fragesatz neben einem Nomen, wie IV, 31 *gnarus meliorum et quae fama clementiam sequeretur.* — *destruere* von einer Person noch hist. I, 6 *senem .. destruebant.*

14. *insolescere* auch K. 75 und hist. II, 7, nachklassisch.

18. *Hermundurorum* Nachbarn der Markomannen, im östlichen Baiern und Thüringen.

19. *Forum Iulium* jetzt Fréjus; Agr. 4.

barent, Danuvium ultra inter flumina Marum et Cusum locantur, dato rege Vannio gentis Quadorum.

64. Simul nuntiato regem Artaxian Armeniis a Germanico datum, decrevere patres ut Germanicus atque Drusus ovantes urbem introirent. structi et arcus circum latera templi Martis Ultoris cum effigie Caesarum, laetiore Tiberio, quia pacem sapientia firmaverat, quam si bellum per acies confecisset. igitur Rhescuporim quoque, Thraeciae regem, astu adgreditur. omnem eam nationem Rhoemetalces tenuerat; quo defuncto Augustus partem Thraecum Rhescuporidi fratri eius, partem filio Cotyi permisit. in ea divisione arva et urbes et vicina Graecis Cotyi, quod incultum, ferox, adnexum hostibus, Rhescuporidi cessit: ipsorumque regum ingenia, illi mite et amoenum, huic atrox, avidum et societatis inpatiens erat. sed primo subdola concordia egere: mox Rhescuporis egredi fines, vertere in se Cotyi data et resistenti vim facere, cunctanter sub Augusto, quem auctorem utriusque regni, si sperneretur, vindicem

---

21. *ultra* nach einem Subst. ohne Attribut, wie I, 65. — *Marum* jetzt March; *Cusus* unbestimmt, wahrscheinlich die jetzige Waag.

22. *gentis,* ein die Angehörigkeit bezeichnender Gen. steht in der Regel nicht unmittelbar bei einem Nomen proprium, sondern bei einem Gattungsnamen oder wird durch ein Relativ mit *esse* angeschlossen. Vgl. V, 10 *Piraeeum Atticae orae.* — *Quadorum* in Mähren.

64, 1. *nuntiato* wie *comperto* I, 66. — *Artaxian* K. 56.

3. *Martis Ultoris* von Augustus auf seinem Forum am Fufse des Quirinalis nach dem Kapitol hin aus Veranlassung der den Mördern Cäsars geschworenen Rache erbaut.

5. *bellum:* einen Krieg.

c. Rhescuporis und Cotys.

Kap. 64—67.

6. *astu* I, 56.

10. *Graecis* an der Küste. — *adnexum* ein neuer Ausdruck statt des vorhergehenden *vicinus.*

11. *ingenia .. erat,* der Sing. des Präd. wegen der durch *illi* — *huic* eingetretenen Disjunktion; vgl. Caes. b. G. I, 53 *duae filiae harum, altera occisa, altera capta est.* — *amoenum* vom *ingenium* auch XIII, 3.

12. *inpatiens* c. gen., wie Germ. 5.

13. *egredi* c. acc. in der Bedeutung über etwas hinaus. — *vertere* (wie *convertere*) *in se* statt *ad se* in der Bedeutung: sich aneignen.

14. *cunctanter,* das Adverb zuerst bei Livius.

metuebat. enimvero audita mutatione principis inmittere latronum globos, excindere castella, causas bello.

65. Nihil aeque Tiberium anxium habebat quam ne conposita turbarentur. deligit centurionem, qui nuntiaret regibus ne armis disceptarent; statimque a Cotye dimissa sunt quae paraverat auxilia. Rhescuporis ficta modestia postulat eundem in locum coiretur: posse de controversiis conloquio transigi. nec diu dubitatum de tempore, loco, dein condicionibus, cum alter facilitate, alter fraude cuncta inter se concederent acciperentque. Rhescuporis sanciendo, ut dictitabat, foederi convivium adicit, tractaque in multam noctem laetitia per epulas ac vinolentiam incautum Cotyn et, postquam dolum intellexerat, sacra regni, eiusdem familiae deos et hospitalis mensas obtestantem catenis onerat. Thraeciaque omni potitus scripsit ad Tiberium structas sibi insidias, praeventum insidiatorem; simul bellum adversus Bastarnas Scythasque praetendens novis peditum et equitum copiis sese firmabat. molliter rescriptum, si fraus abesset, posse eum innocentiae fidere; ceterum neque se neque senatum nisi cognita causa ius et iniuriam discreturos: proinde tradito Cotye veniret transferretque invidiam criminis.

---

16. *enimvero* in dem gewöhnlichen Sinne einer Beteuerung: **und wirklich** würde hervorheben, dafs erst nach dem Thronwechsel Furcht und Zögern in Wahrheit aufhörte. Klarer wäre eine Adversativpartikel, weshalb man hier und IV, 60; VI, 25. 35; XII, 34 u. 64 *enimvero* = sed oder autem fafst.

17. *causas* der Acc., wie I, 27.

65, 1. *ne conposita turbarentur* nicht blofs auf Thracien zu beziehen.

5. *transigi* vgl. Germ. 22 *rixae raro conviciis transiguntur.*

6. *dein* im Sinne von *denique,* wie hist. III, 56 *ad omnis nuntios voltu quoque et incessu trepidus, dein temulentus.*

8. *sanciendo foederi* = ad sanctitatem foederis augendam.

9. *per:* zufolge; vgl. Agr. 37 *per nimiam fiduciam.*

11. *sacra regni:* die Heiligkeit der Königswürde, d. h. die Unverletzlichkeit des Königs; vgl. I, 42 *sacra legationis.* — *mensae* der Plural wegen der Mehrzahl der Gerichte oder Gänge.

13. *praeventum* sc. a se, was aus dem vorhergehenden *sibi* zu entnehmen.

14. *Bastarnas Scythasque* nördlich von der untern Donau, bis wohin sein Reich sich ausdehnte.

18. *transferret* in Cotyn.

66. Eas literas Latinius Pandusa pro praetore Moesiae n militibus, quis Cotys traderetur, in Thraeciam misit. Rhe- ıporis inter metum et iram cunctatus maluit patrati quam :epti facinoris reus esse: occidi Cotyn iubet mortemque sponte nptam ementitur. nec tamen Caesar placitas semel artes ıtavit, sed defuncto Pandusa, quem sibi infensum Rhescuporis guebat, Pomponium Flaccum, veterem stipendiis et arta cum ge amicitia eoque accommodatiorem ad fallendum, ob id ıxime Moesiae praefecit.

67. Flaccus in Thraeciam transgressus per ingentia pro- issa quamvis ambiguum et scelera sua reputantem perpulit ; praesidia Romana intraret. circumdata hinc regi specie ɔnoris valida manus, tribunique et centuriones monendo, sua- endo, et quanto longius abscedebatur, apertiore custodia, ostremo gnarum necessitatis in urbem traxere. accusatus in enatu ab uxore Cotyis damnatur, ut procul regno teneretur. Thraecia in Rhoemetalcen filium, quem paternis consiliis adver- atum constabat, inque liberos Cotyis dividitur; iisque nondum ıdultis Trebellenus Rufus praetura functus datur, qui regnum nterim tractaret, exemplo quo maiores M. Lepidum Ptolemaei iberis tutorem in Aegyptum miserant. Rhescuporis Alexan- lriam devectus atque illic fugam temptans an ficto crimine interficitur.

68. Per idem tempus Vonones, quem amotum in Ciliciam memoravi, corruptis custodibus effugere ad Armenios, inde

---

66, 3. *inter:* inmitten, im Widerstreit von; vgl. XIV, 49 *inter pudorem et iram cunctatus.*

5. *placitus:* beliebt; vgl. IV, 37 *placitum exemplum;* erst in nachklassischer Prosa.

7. *Pomp. Flaccum* K. 32. -- *veterem stipendiis* vgl. XV, 59 *stipendiis recentes.*

67, 3. *praesidia:* das besetzte Gebiet.

5. *quanto* ohne folgendes *tanto* I, 2.

7. *procul* in klass. Prosa regelmäfsig mit *a,* bei Tac. öfter mit dem bloſsen Ablativ.

8. *in .. dividitur* vgl. zu I, 55 *dissidere in.*

10. *praetura functus* aus ähnlichem Grunde hinzugefügt, wie I, 39 *consulatu functus.*

11. *exemplo* vgl. K. 63 *fide.* — *Ptolemaei* Epiphanis *liberis* Ptol. Philometor und Physcon.

13. *an* I, 13. 65; II, 42.

Kap. 68. Tod des Vonones.

2. *inde Albanos,* im zweiten Gliede fehlt oft die Präposition.

Albanos Heniochosque et consanguineum sibi regem Scytharum conatus est. specie venandi omissis maritimis locis avia saltuum petiit, mox pernicitate equi ad amnem Pyramum contendit, cuius pontes accolae ruperant audita regis fuga; neque vado penetrari poterat. igitur in ripa fluminis a Vibio Frontone praefecto equitum vincitur, mox Remmius evocatus, priori custodiae regis adpositus, quasi per iram gladio eum transigit. unde maior fides conscientia sceleris et metu indicii mortem Vononi inlatam.

69. At Germanicus Aegypto remeans cuncta, quae apud legiones aut urbes iusserat, abolita vel in contrarium versa cognoscit. hinc graves in Pisonem contumeliae, nec minus acerba quae ab illo in Caesarem intentabantur. dein Piso abire Suria statuit. mox adversa Germanici valetudine detentus, ubi recreatum accepit votaque pro incolumitate solvebantur, admotas hostias, sacrificalem apparatum, festam Antiochensium plebem per lictores proturbat. tum Seleuciam degreditur, opperiens aegritudinem, quae rursum Germanico acciderat. saevam vim morbi augebat persuasio veneni a Pisone accepti; et re-

---

3. *Albanos* im östlichen Kaukasus, *Heniochos* westwärts nach dem schwarzen Meere.

4. *avia saltuum* vgl. K. 15 *avia Oceani.*

5. *Pyramum* im östl. Cilicien.

8. *evocatus* ein ausgedienter Soldat, welcher gegen höheren Sold und Rang freiwillig beim Heere blieb.

9. *custodiae adpositus* wie I, 6.

10. *unde maior fides* auch hist. IV, 34. Das Verbum fehlt, wie I, 33. 60; vgl. I, 1 *inde.*

Kap. 69—73. Krankheit und Tod des Germanicus.

69, 1. *Aegypto* vgl. K. 59 *Aegyptum.*

4. *dein* mit folgendem *mox, tum* temporal, nicht kausal.

5. *abire* mit dem Abl., wie K. 19.

6. *ubi* mit dem Imperf. neben einem Perf. zur Bezeichnung einer noch fortdauernden Thätigkeit; vgl. K. 71 *ubi .. aderat;* VI, 42 *ubi diem prolatabant.*

7. *admotas* sc. aris. — *sacrificalis* erst bei T. und nur hier. — *festus* von Personen ungewöhnlich; vom Ort Germ. 40. — *Antiochensium,* bei welchen Germanicus sich aufhielt; vgl. K. 83.

8. *degreditur,* da er von Antiochia nach dem am Meere gelegenen Seleucia hinabzog; doch bezeichnet es auch überhaupt fortgehen, wie IV, 73 *ad sua tutanda degressis rebellibus.* — *opperiri:* den Verlauf oder Ausgang einer Sache abwarten; vgl. XI, 26 *senectam principis opperiri.*

10. *et reperiebantur* vgl. K. 28 *et vocantur.*

eriebantur solo ac parietibus erutae humanorum corporum eliquiae, carmina et devotiones et nomen Germanici plumbeis abulis insculptum, semusti cineres ac tabo obliti aliaque maleica, quis creditur animas numinibus inferpis sacrari. simul missi a Pisone incusabantur ut valetudinis adversa rimantes.

70. Ea Germanico haud minus ira quam per metum accepta. si limen obsideretur, si effundendus spiritus sub oculis inimicorum foret, quid deinde miserrimae coniugi, quid infantibus liberis eventurum? lenta videri veneficia: festinare et arguere, ut provinciam, ut legiones solus habeat. sed non usque eo defectum Germanicum, neque praemia caedis apud interfectorem mansura. componit epistulas, quis amicitiam ei renuntiabat: addunt plerique iussum provincia decedere. nec Piso moratus ultra navis solvit, moderabaturque cursui, quo propius regrederetur, si mors Germanici Suriam aperuisset.

---

11. *solo ac parietibus,* der blofse Abl. bei *eruere* dichterisch. Zur Sache ist zu bemerken, dafs menschliche Gebeine oder Asche freilich wohl unter dem Boden oder in den Wänden beigesetzt wurden; hier aber waren sie absichtlich in die Wohnung des Germanicus gebracht.

12. *carmina* näher erklärt durch die mit gröfserem Nachdruck koordinierten Bestimmungen *devotiones et nomen .. insculptum:* Formeln mit namentlichen Verwünschungen des Germ. auf Bleitafeln.

13. *semusti cineres:* nur halb zu Asche verbrannte Gebeine. — *malefica,* was Giftmischer und Zauberer anwenden.

14. *creditur* mit Acc. c. inf. bei persönl. Subjekt im Plural, wie hist. I, 50 *ut .. exercitus descivisse crederetur;* vgl. I, 28.

15. *adversa* subst. ‚Verschlimmerung'; vgl. III, 71. XII, 66 u. XIII, 35 *valetudo adversa.* — *rimari:* erspähen; vgl. VI, 3. XIV, 57. hist. II, 29. IV, 11. Verg. A. XI, 748 *partis rimatur apertas, qua volnus letale ferat.*

70, 1. *ira — per metum* vgl. I, 11 *metu an per invidiam.*

2. *effundendus spiritus* vgl. Verg. A. I, 98 *animam effundere.*

3. *infantibus liberis* Caligula und Julia.

4. *festinare* sc. Pisonem, was sich aus dem Nebensatze ergiebt.

6. *defectum* = viribus destitutum; vgl. IV, 29 *defecto corpore;* in Prosa nachklassisch.

7. *epistulas,* der Plural, wie I, 30.

9. *que* adversativ, wie I, 13 *et.*

10. *propius:* ‚mehr aus der Nähe'; auch VI, 26 und XIII, 57. Ebenso *procul:* ‚aus der Ferne' IV, 5; hist. V, 11. — *aperire:* erschliefsen (Germ. 1. Agr. 22), hier ‚freien Eintritt gestatten'.

71. Caesar paulisper ad spem erectus, dein fesso corpore, ubi finis aderat, adsistentes amicos in hunc modum adloquitur: „si fato concederem, iustus mihi dolor etiam adversus deos esset, quod me parentibus liberis patriae intra iuventam praematuro exitu raperent: nunc scelere Pisonis et Plancinae interceptus ultimas preces pectoribus vestris relinquo: referatis patri ac fratri, quibus acerbitatibus dilaceratus, quibus insidiis circumventus miserrimam vitam pessima morte finierim. si quos spes meae, si quos propinquus sanguis, etiam quos invidia erga viventem movebat, inlacrimabunt quondam florentem et tot bellorum superstitem muliebri fraude cecidisse. erit vobis locus querendi apud senatum, invocandi leges. non hoc praecipuum amicorum munus est, prosequi defunctum ignavo questu, sed quae voluerit meminisse, quae mandaverit exsequi. flebunt Germanicum etiam ignoti: vindicabitis vos, si me potius quam fortunam meam fovebatis. ostendite populo Romano divi Augusti neptem eandemque coniugem meam, numerate sex liberos. misericordia cum accusantibus erit, fingentibusque scelesta mandata aut non credent homines aut non ignoscent.“ iuravere

---

71, 3. *fato* kann Dativ oder Abl. sein. Fassen wir es als Abl., so steht *concedere* (ohne *vita*; I, 3) in der Bedeutung von *mori*. Danach heifst *fato concedere:* ‚nach dem Naturgesetz, d. h. eines natürlichen Todes sterben‘. *concedere* ohne *vita* auch IV, 38. XIII, 30. — *adversus deos* gehört zu *iustus*.

4. *parentibus* der Mutter Antonia und dem Adoptivvater Tiberius. — *intra iuventam,* wie K. 41. Germ. stand im 34. Jahre.

5. *interceptus* von gewaltsamem Tode, wie III, 12 und Agr. 43 *veneno interceptum.*

7. *fratri* dem Adoptivbruder Drusus, da sein natürlicher Bruder Claudius, welcher sich am Hofe verächtlich gemacht hatte, unwürdig und unfähig war, seinen letzten Willen auszuführen und seinen Tod zu rächen.

9. *meae:* die auf mich gesetzten.

11. *bellorum superstes* auch Germ. 6; vgl. I, 61. — *muliebri* i. e. Plancinae. Andere fassen es dahin, dafs *fraus* als eines Mannes überhaupt unwürdig bezeichnet werde.

13. *ignavus* bei T. nicht nur von persönlichen, sondern auch von sachlichen Begriffen, wie h. I, 62 *ignava pax;* II, 31 *ignavae voluptates.*

16. *fortuna:* ‚Stellung‘; ebenso K. 72 a. E.; IV, 13; VI, 6 u. ö.

17. *neptem,* da Agrippinas Mutter Julia eine Tochter des Augustus war. — *sex liberos* die zu K. 41 genannten fünf und die jüngst zu Lesbos geborene Julia K. 54.

18. *scelesta mandata* K. 43.

amici, dextram morientis contingentes, spiritum ante quam ultionem amissuros.

72. Tum ad uxorem versus per memoriam sui, per communes liberos oravit, exueret ferociam, saevienti fortunae submitteret animum, neu regressa in urbem aemulatione potentiae validiores inritaret. haec palam et alia secreto, per quae ostendere credebatur metum ex Tiberio. neque multo post extinguitur, ingenti luctu provinciae et circumiacentium populorum. indoluere exterae nationes regesque: tanta illi comitas in socios, mansuetudo in hostis; visuque et auditu iuxta venerabilis, cum magnitudinem et gravitatem summae fortunae retineret, invidiam et adrogantiam effugerat.

73. Funus sine imaginibus et pompa per laudes ac memoriam virtutum eius celebre fuit. et erant qui formam, aetatem, genus mortis, ob propinquitatem etiam locorum, in quibus interiit, magni Alexandri fatis adaequarent. nam utrumque corpore decoro, genere insigni, haud multum triginta annos egressum, suorum insidiis externas inter gentes occidisse: sed hunc mitem erga amicos, modicum voluptatum, uno matrimonio, certis liberis egisse, neque minus proeliatorem, etiam si temeritas afuerit praepeditusque sit perculsas tot victoriis Germanias servitio premere. quod si solus arbiter rerum, si iure et nomine regio fuisset, tanto promptius adsecuturum gloriam militiae, quantum clementia, temperantia, ceteris bonis artibus praestitisset. corpus antequam cremaretur nudatum in foro Antiochensium, qui locus sepulturae destinabatur, praetuleritne

72, 2. *ferocia* I, 12; zur Sache I, 33.

5. *metum ex,* wie I, 29. II, 38. — *neque multo post* am 10. Okt. 19 n. Chr.

